
CARMINA DE URINIS

EGIDIUS

BASILEAE 1529


CARMINA DE URINIS.
EGIDIUS







AEGIDIUS Corboliensis.

STOAKLEY, CAMBRIDGE.

CARMINA

DE VRINARVM IVDICIIS EDI=ta ab excellentissimo domino magistro Egidio cũ expositione & cõmento magistri Gentilis de ful=gineo nouiter castigatis, Et pluribus in locis emendatis, per magistrum Auenan=tium, de Camerino artium & medicinæ pro=fessorem.

BASILEAE. in ædibus Tho=mæ VVolffij.

ANNO. M. D. XXIX.

CARMINA DE VRINARVM IVdicijs edita ab excellentiſſimo domino magiſtro Egidio, cum commento eiuſdem feliciter incipiunt.

ISTE LIBER nouæ inſtitutionis ſtudioſæ compoſitionis artificio ex auctorum ſcientijs elicitus eſt & exortus: in quo phiſicalis ſcientiæ reſtāt archana: quia ſecreta iudicia urinarum continentur: quem quidem quoniam lectoris animum erigit & extollit: noſtrorum amicorum inſtantiæ inſ[illegible]ſimus. De iudicijs urinarum & præceptorum [illegible]ditiones in hoc opere metrice deſcribuntur. M[illegible]ca namq; oratio ſuccincta breuitate diſcurrens de[illegible]finitas ſpecificās alligata eſt certitudini. Ideoq; confirmat memoriam, & corroborat doctrinam. P[illegible]ſaica uero oratio propria libertate ſubſugiens conturbat memoriam & ignorantiæ parit confuſionē. Vnde qui debent certa ratione cenſeri & exemplo commemorationiſq; caractere ſigillari potius metricæ breuitatis affectāt compendium, quàm proſaicæ prolixitatis diſpendium. Fortaſſe igitur de uerſibus incompoſitis & de metri incongruitate nos arguet lector importunus. Sed attendat quoniam phiſicali-

um uerborum causa lex est & ratio, quod metricæ orationis consortium urinæ designāt, uix enim mul to conatu mansuescere uixq; castigari potuerunt, quin metrorum legibus arctarentur. Ab hoc autem opere fugiant qui planetici sunt & discursiores alie nis fecibus imbuti, & à musantino dogmate rece= dant alieni. Socijs autē nostris domesticæ fidei quo= rum gratia hoc opus suscepimus huius nouæ institu- tionis offerimus. Diuiditur autem iste liber in duas partes, in primam scilicet & in secundam. In prima igitur parte agit de iudicio urinarum secundum co- gnitionem colorum & substantiarum. In secunda agit de iudicijs urinarum secundum distinctionē su= orum contentorum,

¶ Deriuationem nominis urinæ ponit.

Dicitur urina, qm̄ fit in renibus una
Aut ab Vrith græco, qđ demōstratio fertur.
Aut quia qđ tangit mordet desiccat & urit.
Vt de lacte serū se limpidus eliquat humor.
Fit liquor urinę de massa sanguinis exit.
Sanguinis est urina serum subtile liquamen
Humorū, quos conficit ars regitiua secūdi.
Et princeps operis, dum fit cribratio rerū.
Dum fit ab impuris pure discretio partis.

¶ Dicitur urina. Expositio. In libro isto autor ille intendens doctrinam tradere de urinis, in prin= cipio po=

cipio ponit deriuationem nominis. Vrina ergo secundum sententiam illorum trium uersuum deriuatur altera trium deriuatione. ¶Prima deriuatio est illa. Vrina dicitur quasi una renibus, quia in renibus formaliter generatur, q̃uis in hepate principium & substantiam assumpserit. Assumit tamen in renibus secundum usum: uel quia magis fideliter habet significare super habitudinem renum quàm aliorum membrorũ. Hæc est ergo sentẽtia primi uersus. ¶Aut ab urith. Secunda deriuatio ponitur in hoc uersu, cuius sentẽtia hæc est. Vrina dicitur ab urith græce, quod est demonstratio latine, quia per ipsam urinam dispositiones humani corporis demonstrantur, ut sanitas ægritudo & neutralitas, repletio & inanitio uel media habitudo & similia. ¶Aut quia quod tangit. Hic ponitur tertia deriuatio urinæ, & est talis. Vrina dicitur ab uro uris, quia habet uirtutem urendi & desiccandi. Et ideo dicitur ualere contra pustulas &c. sicut expresse scriptum est in commento. ¶Vt de lacte serum. Hic ponit quandam similitudinem inter serum & urinã, ut de ipsius urinæ essentia doctrina clarior habeatur, scilicet sicut serum de lacte per grossarum partium expressionem sequestratur, ita liquor urinæ de massa sanguinea eliquatur. ¶Sanguinis est urina. In hoc loco ponit diffinitionem urinæ, quæ quidem diffinitio assumpta est ab urinis Isaac, urina est colamentũ san-

guinis &c. ¶ Commentum. Renibus una quoniã formaliter in renibus generatur & discernitur, licet prius in hepate & substantiam & colorem accipiat secundum habitum, in renibus tamen assumpsit eam secundum usum: uel dicitur quia fidelius renũ habitudinẽ denunciat q̃ aliorũ membrorũ: unde dicitur urina ab urith græce, quod est demonstratio interiorum membrorũ. Vnde cum certificamur de interioribus, tunc cõsulimus urinæ iudiciũ. Et dicitur etiã, quia habet uirtutẽ desiccatiuã, unde ualet contra serpiginem, & contra pustulas, & contra uirgæ ulcerationem, & cum felle accipitris colata per pannum maculam delet, potata etiã spleneticis confert. ¶ Vt de lacte serum. Hic notatur similitudo fieri inter serum & urinã, ut expresse de essentia similitudinis urinæ euidentiori compleatur doctrina: sicut autẽ serum per grossarum partiũ expressionem de lacte excolatur: sic urina de massa sanguinis eliquatur. Vnde Theophilus quidam uero eam similem sero uocauerit. ¶ Sanguinis est urina, quid sit urina sic diffinitur in hoc loco, & est hæc diffinitio quæ hic assignatur, bene consonans diffinitioni, quã ponit Theophilus, & Isaac in libro urinarum, quæ talis est. Vrina est colamentũ sanguinis & aliorum humorum ex actionibus naturæ natum. Sed est hic notandum, quod non est reuera serum, sed quasi serosa substantia cũ sanguine eliquata. ¶ Humorũ

quos con

quot conficit as regit iua secudi, id est, uirtus regitiua, scilicet secūdæ digestionis. ¶ Et princeps operis dum fit cribratio rerum; id est, sequestratio, quæ sequestratio fit in hepate. Flegmatica nāq; materia in primo motu ebulitionis generata ad pulmonem emittitur, ut in flegma cōuertitur. Colerica materia ad cistim fellis transmittitur. Melancholia deriuatur ad splenem. Sanguinea materia in hepate sinceratur & mundificatur. Aquosa uero substantia, id est, urina cum sanguine ad renes deportatur, & per poros euritides resudat in uesicam.

¶ Ponit conditiones urinæ.

Quale, quid aut quid in hoc, quantū quotiens ubi quando.
Aetas natura, sexus, labor, ira, dieta,
Cura, fames, mot9, lauacrū, cib9, unctio, potus,
Debent artifici certa ratione notari.
Si cupis urinę iudex consultus haberi.
Quatuor ex primis cū precipue dominent.
Debet iudicij potior sententia sumi.
Integritas lapsus uitiū uirt9 min9 aut plus.
Et stat9 his medi9 sit ab hoc examine certus.

¶ Expositio breuis. Quale quid. Hic ponit conditiones quæ requirūtur ad uerum iudiciū urinarū, ut manifeste declaratur in cōmento infra. ¶ Quatuor ex primis. Hic ostendit quas conditiones medicus debet precipue considerare. Et dicit q̧ primas

 quatuor

quatuor conditiones medicus primo & principaliter attendere debet, scilicet ad qualitatem, substantiam, quantitatem & ad contenta, quia ex istis quatuor conditionibus cum sint substantiales urinæ sumitur melior sententia in iudicando. ¶ Integritas. Hic ostendit utilitatem quæ habetur ex iudicio urinarum dicens, quod per iudicium urinæ cognoscit medicus sanitatem hominis, ægritudinẽ & neutralitatem, fortitudinem uirtutis & debilitatem, inanitionem & repletionem & habitudinem, mediocrem: & hoc est utilitas quæ habetur ex iudicio urinæ. ¶ Commentum. Quale. quid. Formam inscriptionis uel speculationis declarat sibi. In hoc enim loco declarat & ostendit qui sunt in iudicio urinæ consideranda. Habenda enim est consideratio coloris substantiæ quantitatis & contentorum. Et istæ sunt naturales uel substantiales & intrinsece considerationes, quæ ex ipsa urina perpenduntur. Sunt & aliæ quædam accidentales uel extrinsece quæ ex proprietatibus substantiarum eliciuntur, ut ex ætate complexione & alijs quæ sequuntur. ¶ Quale. Refertur ad qualitatem, id est, ad colorem. Quid refertur ad substantiam. Diuersificatur igitur substantia in tenuitatem & spissitudinem & mediocritatẽ. Tenuitas in omnimodam tenuitatem, & in mediocrem & tenuem spissitudo in omnimodam spissitudinem & remissam diuiditur. ¶ Quod in hoc. Spectat ad

ctat ad differentiam contentorum. Quantum. Pertinet ad quantitatem. Quantitas enim diuiditur in multitudinem, mediocritatē, & paucitatē. ¶ Quotiens. Pertinet ad numerum effusionis uel inspectionis scilicet utrum semel uel pluries sit effusa urina. Nam ex frequentia uel raritate effusionis plurimū instruimur, & ex frequentia speculationis plenius certificamur. ¶ Vbi. Refertur ad locum collectionis quæ colligi debet in uase uitreo claro admodum uesice facto, ut ex uasis qualitate omnes partes urinæ se uisui fideliter ostendantur. ¶ Vbi etiam refertur ad locum inspectionis, quia debet inspici in loco non nimis radioso nec obscuro. Et si radius sit ante oppositus opponenda est manus, ut fiat melius discretio contentorum, & ne radiositate uisibilis spiritus habeat disgregari. ¶ Vbi. Potest etiam intelligi depositione contentorum, scilicet utrum contenta in summo teneant locum in urina, uel medium uel infimum. ¶ Quando. Refertur ad tempus effusionis quod est in hora matutinali, celebrata digestiōe. Tunc enim fidelior est, & est nuncius certus interiorum membrorum, uel. ¶ Quando. Refertur ad tempus inspectionis, statim namq; est inspicienda. Et si affuerit oportunitas post eius residentiam uase obtur..o secundo uel tertio est inspicienda. Multotiēs nāq; mingitur tenuis & postea inspissatur & econuerso. Multotiens tenuis & remanet tenuis, ut in

 Theophilo

Theophilo legitur. ¶ Aetas. Quia alia debet esse in puero, alia in sene, & alia in iuuene iuxta intensionem uel remissionem caliditatis. ¶ Natura scilicet quantũ ad cõplexionem, in cholerico namq; debet esse citrina & tenuis, citrina ex caliditate, tenuis ex siccitate. In flegmatico debet esse discolorata & aliquantulum spissa. In melancholico debet esse discolorata & tenuis. In saguineo colorata & mediocriter spissa. ¶ Sexus. Ad differentiam inter marẽ & feminã. ¶ Labor. Pertinet ad exercitiũ corporis. Ex labore nanq; cũ calefiat corpus coloratur urina: per laborem intellige & eius contrariũ: scilicet quietẽ. ¶ Ira. Pertinet etiã ad perturbationem eius animæ unde mutatur urina. Dieta. Quãtũ ad administrationẽ sex rerũ nõ naturalium ex quibus omnibus uariatur urina. ¶ Cura. Quantũ ad solicitudinem & tristitiã. ¶ Fames. Quantũ ad indigentiã & potus & cibi & ieiunij. ¶ Motus. Quã tum ad quantitatẽ exercitij quoniã in quodã exercitij plus mouetur corpus & in quodã minus. ¶ Lauacrum ad differentiã balneorũ. Nam ex balneo sulphureo uel marino urina coloratur & ex balneo aqua dulcis discoloratur. ¶ Cibus. In qualitate & quantitate immutat urinam. Quantitas multitudinis ciborum discolorat & crudificat urinam suffocando calorem naturalem. Paucitas ciborum intensam reddit inducendo siccitatem ex cuius lima acuitur

tur

tur calor. Qualitas autem ſi calidus frigidus humidus & ſiccus & etiam ſi ſubſtātia ſubtilis uel groſſa aut mediocris. ¶ Vnctio. Quantum ad unguenta, ut ſi unxerit ſe oleo laurino urina intenditur uel martiaton uel oleo iuſquiami, unde calor remittitur uel intenditur. ¶ Potus. Sua enim quantitate qualitate ſubſtantia & calore immutatur urina, quantitate ſi multum biberit uel parum, qualitate, ſi multum fuerit calidus uel frigidus & ſimilia. Subſtantia, ſi fuerit ſtipticus uel diureticus, ex ſubtili namq; potu & diuretico multiplicatur urina, ex ſtiptico & ſpiſſo mutatur & minuitur. Colore, ut ſi fuerit uinum rubeum uel album &c. huiuſmodi enim conſortium tingit urinam & eam reddit ſanguineam. Decoctio reubarbari & croci reddit eam croceam.

¶ Debent artifici. Id eſt medico conſulto & diſcreto. ¶ Quatuor ex primis. Id eſt, quatuor cōſideratis quæ dicimus ſubſtantialia. ¶ Integritas: hic declarat quæ utilitas habeatur ex iudicio urinarum. ¶ Integritas. Quantum ad ſanitatem. ¶ Lapſus, Quantum ad ægritudinem uel neutralitatē. ¶ Vitium. Quantum ad imperfectionem operationum. ¶ Virtus. Quantum ad perfectionem. ¶ Minus Quantum ad minutionem. ¶ Plus. Quantum ad repletionem. Status. Quantum ad mediocritatem. ¶ Ab hoc examine. Id eſt, iudicio urinæ.

Oſtendit

¶ Oſtendit quot ſint urinarum colores.

Bis deni urinam poſſunt uariare colores.
Quos ex ſubſcriptis poteris perpēdere for (mis.
Nigrior urinę facies incōmoda febris
Quartanę ſoluit, mortē portendit & urit.
Si niger ad fundū reſidēs ſe deprimat humor
Matrix purgatur, multi ſentina fluoris.
In febre fert mortē nigra fetida pauca ping-
Veſice uitio prorſ9 renūq; remoto. (uis.

¶ Expoſitio. Bis deni. ¶ Poſtq̄ autor docuit nos in generali conditiones quæ ſunt attendendæ in iudicio urinarum & quid ſunt: hic proſequitur de una conditione, ſcilicet de qualitate oſtendens quot ſunt colores urinarū dicens q ſunt uiginti. Sed qui ſint inferius declarabitur. ¶ Nigrior urinæ. Hic proſequitur de coloribus urinarum, & primo de colore nigro. Sentina iſtorum duorū uerſuum eſt hæc. Vrina nigra in colore tria ſignificat. Vnum ſcilicet ſolutionem & liberationē à febre quartana, & maxime ſi ſit multa in quātitate. Alterū eſt q ſignificat mortificationē caloris naturalis, & tunc eſt nigra quadam nigredine circūfuſa, & tunc præceſſit color liuidus. Tertiū eſt quia ſignificat ultimatā aduſtionē & talis nigredo eſt ſicut cornu lucidū, & tunc præceſſit color uiridis. ¶ Si niger ad fundū. Hic ponitur alia regula de nigro colore, & ſolū pertinet ad mulieres quæ talis eſt. Quotiens apparebit tibi urina nigra

na nigra cum nigro ſedimine ſignificat purgationē menſtruorum, quia humor niger & melancholicus effunditur in urina & ipſam denigrat. Et eſt notandum q̄ talis urina per reſidentiā attenuatur ſuperius et inferius inſpiſſatur. ¶ In febre fert mortē &c. Alia ponitur regula de nigro colore. Quotienſcūq; in febre acuta appareat urina nigra in colore, pauca in quantitate, fetida in odore, unctuoſa in ſubſtantia: tunc potes proculdubio mortē iudicare. Renum tamen & lumborū iudicio circūſcripto, quia ſi eſſet uitiū in renibus aut in ueſica minus eſſet urina ſuſpecta. Vnde talis urina poteſt apparere ex paſſione renibus aut in ueſica. ¶ Commentū. Bis deni urinam. In hoc. c. diſtinguuntur quot ſint colores urinarum. Sunt autē uiginti. Et eſt multiplex colorū deſcriptio uel diſtinctio. Quædā namq; fit colorū diſtinctio ſecundū qualitates. Alia ſecundū naturam digeſtionis & decoctionis. Tertia ſecundū proprietates humorū. Secundū qualitates fit hæc diſtinctio colorū, quoniā alij ſunt intenſi, alij mediocres, alij remiſſi. Remiſſi omnes iudicantur à ſubcitrino inferius. Sed intenſiōes à ruffo ſuperius. Mediocres ſunt citrinus & ſubcitrinus, ruffus & ſubruffus in quadam cōplectione. Secundū naturam decoctionis fit hæc diſtinctio colorū, quoniā alij ſignificant mortificationem, ut niger uiridis & liuidus. Alij ſignificant indigeſtionē, ut albus lacteus glaucus & caropos. Alij

pos. Alij principium digestionis, sed nõ perfecte, ut subpallidus, subcitrinus pallori uicinus. Alij perfectam digestionẽ, ut citrinus & ruffus & subruffus. Alij excessum digestionis, ut subrubeus rubeus subrubicundus rubicundus. Alij adustionẽ significant ut inopos & kianos. Alij super adustionẽ & mortem, ut uiridis & niger. Si uero obijciatur q̃ à nigro colore incepimus & in eodẽ terminabimus. Respondeamus q̃ aliud est niger color, qui fit ex mortificatiõe, quæ fit propter frigiditatẽ & caloris extinctionem. Aliud est quo fit ex summa & ultima adustione, & ideo secundũ diuersitatẽ causarũ distinguenda est diuersitas effectuũ. Distinctio secundum humores euidens est. Nam quidã colores significant coleram, quidã sanguineã, alij melancholiã, [illegible] uero flegma. Sed ad significandũ humores debet [illegible]ri cõiugatio colorũ substantiarũ. Primo & ultimo exequitur autor de nigro colore, ut fiat processus de coloribus significantibus mortificationẽ, uel frigiditatis intensionem ad colores significãtes adustionem, per colores significantes mediocritatẽ, & sic ab una extremitate rationabiliter procedit ad aliam extremitatẽ. ¶Bis deni. Id est uiginti qui ergo colores sint determinandum est inferius. ¶Quos id est, colores. ¶Ex subscriptis formis, id est, regulis. ¶Nigrior urinæ &c. Quartanæ soluit. In hoc ca. agit de nigro colore ratione prædicta. Niger aũt color in

color in urina tria poteſt ſignificare aut frigiditatẽ, ſcilicet mortificati. item, & tunc debet eſſe urina nigra cũ quadã caligine circũfuſa, propter naturalis caloris extinctionẽ, & tũc præceſſit liuidus color. Aut ſignificat aduſtionẽ cõpletam & ultimatã, & tunc debet eſſe lucida ſicut cornu lucidũ nigrũ, quemadmodũ apparet circa facies æthiopum, quibus propter aduſtionẽ quædã luciditas in facie attrahitur ex ſanguinis aduſtione & unctuoſitate ad faciẽ attracta. Viriditas etiã procedens eſt ſignum manifeſtũ, ꝙ ſuccedẽs nigredo fiat ex aduſtione ſanguinis. Significat autẽ niger color in urina, & maxime in febre quartana, ſi multa fuerit in quantitate quartanæ ſolutionẽ, & melancolici humoris purgationẽ. Melancolica nãq; materia nigra eſt & terreſtris, & ſui cõmixtione denigrat urinã. Multam ideo dixi, quia ex purgamẽto multo debet multiplicari urina. Et ideo ſi pauca appareat ſuſpecta eſt. Litera plana eſt. ¶ Soluit, id eſt, ſoluti ſint. ¶ Mortem portendit, id eſt, ſignificat mortificationẽ ex frigiditate intenſa liuore præcedente. ¶ Adurit &c. id eſt, aduſtionẽ ſignificat præcedente uiridi. ¶ Si niger ad fundũ &c. Alia regula de nigro colore dicitur, & eſt accõmodata mulieribus & nõ ad alia ſubiecta euagatur. Vrina nãq; nigra cũ nigris ſediminibus in fundo apparẽtibus, ſig. purgationẽ mẽſtruorũ ex eruptiõe nigri et melãcolici humoris. Vnde tota

urinæ faci-

urinæ facies quadã denigratiõe respergitur: sed talis urina per residentiã inspissatur superius & attenuatur inferius. ¶ Matrix purgatur, id est purgari significatur. ¶ Sentina. Idest lacuna. i. receptaculũ Sicut enim ad sentinam nauis descurrunt omnes superfluitates: ita ad matricem quasi ad quandã sentinam mulieris corporis deriuantur superfluitates. ¶ In febre fert. Alia ponitur regula de nigro colore. Vrina nigra in colore pauca fetida & unctuosa nihil mali uesica habente proculdubio mortem significat circumscripto uitio renum & lumborum. Et ideo dixi quod talis potest apparere ex uitio renum uel lumborum, & tunc minus erit suspecta. Et hãc regulam eligimus à Theophi. in. c. de fetida, in fine sui operis. Dicit enim ibi. Vrina in febre acuta nigra fetida pinguis nihil mali uesica habẽte significat mortẽ. Et subiungit. Vrina odorem habens grauem significat mortificationem & putrefactionẽ. In febre acuta fert mortem, id est significat mortificationem. Nigra ex mortificatione, fetida ex corruptiõe, pinguis, id est oleagina ex pinguedine & substantialis humiditatis uel humidi eliquatione.

¶ De urina nigra quæ nigram habet nubem.

Multa die cretico, q̃ꝫ nigra & pẽdula nubes,
Largius obfuscat, sedimẽqꝫ natatile turbat,
Auribus oppressis, turbata pace soporis,
Sanguineũ fluxũ signat de nare futurum.

Sed

Sed si signa necis concurrant siue salutis,
Iudicio mortis damnat uel liberat egrum.

¶ Expositio. Multa die: hic ponit autor aliam regulam de urina nigra. Et non solum intelligitur urina illa quæ per totum est nigra, sed etiam illa quæ habet nigrã nubem. Ista est ergo regula. Quãdocunq; uidebis urinam nigram uel subnigram in colore multã in quantitate cum hypostasi nigra excelsa aut natatili apparente in die cretica superueniente in febre causone cum uigilijs & aurium surditate, tũc scias quod crisis futura est per fluxũ sanguinis ex naribus ad salutem uel mortẽ. Ad salutẽ in concurrentibus bonis, signis ad mortem cõcurrẽtibus signis malis. Rationes illorũ in cõmento ponũtur & præterea hic sufficiant. ¶ Cõmentum. Multa die. Alia ponitur regula de urina nigra uel subnigra, per urinam nigram uel sub nigram nõ tantũ intelligimus illam solã, quæ per totũ nigra est, sed etiam illam quæ nigram habet nubem, uel nigrum uel subnigrũ eneorima ex quo facies urinæ denigratur. Est ergo talis regula. Vrina nigra uel subnigra multa in quãtitate apparens & cũ hypostasi nigra & excelsa & natatili formã tenens eneorimatis in die cretico superueniens in febre causone cũ uigilijs & surditate significat crisim futuram per fluxum sanguinis à naribus ad salutem, si laudabilia signa concurrant. Sed ad mortem si illaudabilia. ¶ Mul

ta die. Per hoc quod multa urina fuit in die cretica significatur q; natura mouetur in die crisis, deputa ta ad purgandam materiam, & fuit fortis ad pur= gandam materiam per urinam, & ideo fuit multa, q; autem eneorima fuit pendens in medio, per hoc significatur motus & dispositio materiei, q; uero ex celsum est eneorima indicatur leuitas eiusdem, q; au tem nigra, significatur nimietas feruoris conuerten tis materiam in quandam adustionem. Sed adustio non nimis uiolenta demonstratur, cũ eneorima est natatile & excelsum. Nam si esset uiolenta, & ulti- mata adustio humiditatẽ depasceret, & nihil resol= ueret, & totã uentositatẽ consumeret, quæ cõsum= pta, potius fieret hypostasis subsidens q̃ excelsa. No ta q; urina multa turbosa in die septima adueniens, significat solutionem &c. solutionem breuem. Pau- ca uero significat mortẽ in die septima. In eo q; ad= sunt uigiliæ & surditates superuenerint, demonstra tur q; materia ignitur, & acuta resoluta in fumum ascendit ad caput, & uigiliarum inquietudinem, & auditus impedimentũ inducit. Et ipsa materia cũ sit acuta penetratiua, frangit uenulas narium, & per eas erumpens ad fluxũ sanguinis de naribus prouo candum mouendo, & meatus reserando laborat. Eadẽ materia sua siccitate & acumine suo desiccãs cerebrũ insaniam inducit. Eadẽ quoq; materia per poros egrediens neruos, in transitu suo pungit &

mordicat

mordicat & rigorem facit, perueniens etiã ad cutẽ eam mollificat, & sudorẽ inducit. Inde est quod dicit Isaac, in libro urinarũ. Vrinæ nigræ uel subnigræ eneorimata habentes excelsa, significat crisim fieri cũ rigore & sudore. Vrina multa & nigra cũ sudore & uigilijs subueniente hypostasi nigra & natatili sanguineum fluxum significat à naribus. Eadem cũ laudabilibus signis morbi solutionẽ portendit. Vnde Theophilus in lib. urinarũ dicit: urinæ nigræ eneorimata habentes excelsa, significant crisim futurã cũ rigore & sudore & insania, & quandoq; fluxũ sanguinis de naribus. Inde est quod dicit Hippocrates in quarta particula amphoris. A causone habito rigore superueniente solutio fit, id est, rigor superueniẽs soluit ægritudinẽ. De urina nigra dicit Hippocrates in epidim. impossibile est sanari infirmos, in quorũ urinis dominatur nigredo, nisi in quibus urinæ exeũt secundũ crisim. Idẽ in eodẽ. Si auferantur menstrua mulieribus, urinis nigris superuenientibus sanãtur. Item Gale. super epidimias Hippo. dicit q; si aliquãdo infirmus in principio morbi facit urinã nigrã cũ signis molestis & terribilibus, & tamen sanatur, si cõtingat eius uirtutẽ esse cõstantem, & facilẽ anhelitũ. Item quãdoq; in morbi initio urina nigra uenit cum timore accidentium, & permanet usq; in diem nonam. Sed postea ueniente urina nigra cum hypostasi alba uirtute se expediente

decoctionem morbi significat & ægri. Salutem hoc &c. hoc certum est secundum Hypocratẽ in li. amphoris. scilicet secunda particula ubi dicit. Acutorum morborum nõ omnino certe pronosticationes sunt neq; sanitatis neq; mortis. Sed constanter scias ut dicit Gale. quod significatio nõ cõcomitatur laudabilis. Si angustia anhelitus & sudor in solo capite, & alienatio mentis & ablatio desiderij, tunc scias qđ manifesta ruina naturæ & corporis ægri periclitatio declaratur. Nota quod dicit Theophilus in urinis quod urina in fe. causone. Si nigram nubẽ habuerit significat transmutari in quarta, nam per nigredinem significat adustionem materiæ, per nubem uentositas declaratur & etiam quod nõ sit tanta adustio, quin aliquantulum de humiditate remaneat, quæ resoluta in uentositatem, sedimen eleuat in nubem. Materia igitur causonis expulsa à uasis ad fontes putrefit in eis & quartanam inducit. Littera plana est his expositis.

¶ Ostendit cũ qua substantia cõueniat niger color.
Congrua mixturę cũ spisso fędera seruans.
Subtilis coitum refugit nigredo liquoris.
Vt tenuẽ tolleret qui nõ sibi cõcolor hęret.
Impetrat euentus: casusq; facit uiolentus.
Nõ obstrusa parum deductio clausa uiarũ.

¶ Expositio. Congrua. ¶ In hoc capitulo demonstrat autor de nigro colore cũ qua substãtia cõ-

uenìat

ueniat copulari naturaliter. Sentētia iſtorum quinque uerſuum breuiter talis eſt. Niger color naturaliter cum ſpiſſa ſubſtantia commiſcetur, ſed cum tenui nunq̃ commiſcetur, & ratio eſt, quia ubi eſt nigredo, ibi eſt obtenebratio & obſcuritas, quæ contingit ex perturbatione partium, & in groſſatione, & ideo merito cum groſſa ſubſtantia ſociatur, ſed cum tenui, non quia tenuitas contingit ex partium raritate, & nigredo, ut dictum eſt, ex perturbatione partium, & illa ſunt cōtraria. Et ideo ſe in ſimul non patiūtur. Et hoc intelligendum eſt naturaliter. quoniam accidentaliter niger color cum tenui ſubſtantia aliquotiens copulatur. Sicut urina nigra, ſpiſſa in ſubſtantia per loca oppilata tranſiens eſt ſtricta, tunc ratione oppilationis loci à ſua groſſicie ſpoliatur. Et ſi remanet tenuis. Et hoc eſt quod autor intendit. ¶Commentum. Congrua mixturæ. ¶In hoc capitulo demonſtratur, cui ſubſtantiæ ſit coniugalis niger color naturaliter. Et dicit q̧ cum tenui ſubſtantia nigrum colorem impoſſibile eſt coniugari. Et hoc idem teſtatur Iſaac, in libro urinarū, de cuius fonte hanc doctrinam habuimus. Vbi nāq; eſt nigredo, ibi tenebroſitas & obſcuritas, quæ habet contingere ex perturbatione partium, ideoq; ibi eſt tenebroſitas, non poteſt eſſe tenuitas, quæ cōtingit ex partium raritate. Inde eſt q̧ nigredo non poteſt copulari naturaliter cum tenui ſubſtantia, ideo

dixi naturaliter, quia quandoq; recipit copulationē cum tenui substantia ex accidenti, sicut propter ἔμφραξιν urinæ, ut quando urina naturaliter nigra transit per locum, ubi est ἔμφραξις, quia in loco oppilationis remanet grossicies. Et *urina à spissa substantia spoliatur, & quandam tenuitatem assumit.* Item *urina nigra significat intensionem sanguinis & suæ humiditatis naturalis consumptionem ex intensione ignei caloris: uel ex intensione calidi naturalis, uel ex congelatione ex frigiditate nimia uel propter humores melancolicos secundū crisim expulsos, quibus omnibus urinæ substantia inspissatur.* Ex *intensione sanguinis propter nimiā ebullitionem, ex congelatione propter nimiā frigiditatē, & ex purgatione materiæ melancolicæ secundū crisim propter substātiæ terrestreitatē cōmixtā cū urina.* Et *ideo nō pōt cōiūgi niger color cū tenui substā.ia.*

De liuido colore.

Liuida si fuerit uel liuor particularis,
Vel totalis erit, per totū liuida membrum,
Aut membri mōstrat humorē mortificari.
Aut sursum liueus uarijs accōmoda causis,
Paruꝰ hemetriteꝰ, mediꝰ, morbusq; caducꝰ,
Ascites, sinochus, uenę ruptura, catarrus,
Strangurię lapsus, matricis passio, fluxus,
Costę, pulmonis uitium dolor articularis.
Consumptiua ptisis, uis extinctiua caloris.
Sint tibi liuoris causę quas collige signis.

Expositio

¶Expositio. Liuida si fuerit. ¶Superius autor determinauit de nigro colore: hic determinauit de liuido, qui est uia & inchoatio ad mortificationem & caloris extinctionẽ. Et ideo liuidus color nõ differt à nigro, nisi secundũ remissionẽ mortificationis. Vnde sententia illorum duorum uersuum breuiter est hæc. Liuidus color, id est, plumbeus, aut est secundũ totam substantiã urinæ, aut secũdũ partẽ, uidelicet in superiore parte urinæ. Si secundũ totã substantiã urinæ, tunc aut facit residentiã, & tunc inferius inspissatur & superius subtiliatur & clarificatur, tũc scias q; talis urina per totũ liuida talem residentiã faciens, significat humorũ mortificationẽ. Aut nullam facit residentiã, & tunc nõ solũ significat mortificationem in humoribus esse infixam, sed in membris radicatam, & hoc est quod intendit. ¶Aut sursum liueus. Hic determinat de colore liuido apparente in superiori parte urinæ dicens: q; quandocunque apparebit tibi urina in colore liuida in superiori parte urinæ, significat ægritudines uarias & diuersas, utputa paruum emittriteum & medium & epilepsiam & alias, sicut in commento declaratur. ¶Commentũ. Liuida si fuerit. ¶Post nigrum colorem agit autor de liuido colore, quia significat præparationem & inchoationem & inultimationem mortificationis, & non differt à nigro, nisi in remissione malicici. Liuidus autem color

in urina alius est totalis qui totam occupat urinã. Alius est particularis qui partem superiorem tantum inficit. Totalis liuiditas aut significat mortificationem humoris, & non membri, aut significat mortificationem humoris. Si igitur significat mortificationem humoris & non membri, tunc urina debet per residentiam inspißari & liuiditatem retinere, superius autem clarificari & ab infectione humoris recedere. Si humoris & membri nulla residẽtia urinæ uel humoris potest aboleri, per quod significatur mortificationis uitium non tantum in humoribus eße fixum. Sed in membris esse radicatũ, his cognitis littera plana est, aut rursus liueus. ¶ Præmisit autor de totali liuiditate. Nunc de particulari subiungit. ¶ Varijs accommoda. Id est, deputata ad uarias & diuersas passiones. ¶ Paruus hemitriteus. Notandum est quod particularis liuiditas ex multis causis potest prouenire, quia quandoq; ex mortificatione propter caloris naturalis extinctũ, sicut in hemitriteis uel ex humorum perturbatiõe sicut est influxu uentris, & tũc urina debet esse pauca, cum quibusdam humoribus & oblongis resolutionibus, cum quadam essentiæ impuritate, quod habet fieri quia terrestria & aquosa commiscentur sibi unde liuidus color succedit. Quandoq; uero fit liuidus color ex spiritualium paßione sicut in pleuresi, peripneumonia, empyemate & ptisi. Patientibus

namq;

namq; membris ſpiritualibus membra nutritiua ſci
licet ſtomachus & epar compatiũtur eis, tranſmit
tunt ergo ſpiritum & naturalem calorem adiuua-
mentum eorum. Vnde ſpiritu & naturali calore de
pauperata frigeſcunt: unde ex debilitate caloris &
impuritate ſecundæ digeſtionis, cum tranſit eius ſu
perfluitas ſcilicet urina quandam contrahit liuidita
tem. Vel aliter in pleureſi uel peripleumonia multa
eſt collectio materiei ſuperflue ſpiritualia opprimē
tis, quandoq; etiam naturalis calor inſanioſam hu-
miditatem transducere contendit, & aliquid pulue
rulentum & contagioſum de mala materia per ue-
nam deriuatur ad epar, & ſanguinem inficit & ſpi
ritus corrumpit. Vnde urina cum infectione ſpiri-
tuum & ſanguinis ſuperius liueſcit. Et ſi quæratur
quare liueſcit potius ſuperius quàm inferius. Reſpō
dendum eſt ſic ſcilicet quod fumoſitates & uapores
cum urina emiſsi cum ſint corpora ærea leuia ſupe-
rius habent motum, & ubi magis habitant ibi oſten
dunt ſuam infectionem. Fit quãdoq; liuiditas in epi-
lepſia cum quadam plumbeitate in circulo quæ ſi-
gnificat infectionem ſpiritualium ex paſsione ani-
matorum membrorum, in ſinocho etiã liueſcit uri-
na propter ſanguinis corruptionem, ſanguine enim
corrupto multum inficiuntur ſpiritus liueſcit, eti-
am in aſcite propter digeſtionis ſecundæ corrupte-
lam, & humorum impuritatem, in ruptura chilis

uenæ & in omni effusione sanguinis liuet urina pro pter humorum perturbationem, in stranguria & in catarro & in arthetica non est urina ex perturba= tione liuiditatis, quod contingit ex spirituum infe= ctione per loca patientia transeuntium, & ex humo ribus quos contingit perturbari & corrumpi urinæ sortiuntur maculam liuiditatis, id est, recipiunt. Et in passione matricis liuet propter eandem causam, præcipue cum matrix sit lacuna & sentina omniũ superfluitatũ, & hoc est quod dicit. ¶Paruus hemi triteus. Tres sunt species hemitritei, de quibus aliâs sufficienter dicetur. ¶Morbus caducus. Qui alio nomine appellatur epilepsia. ¶Ascilites, id est, ter tia species hydropisis, & dicitur ab asci quod est uter, quia in ea uenter repercussus resonat in modũ utris semipleni. ¶Sinochus febris est continua de putrefacto sanguine intra uenas. ¶Venæ ruptura. Sicut chilis uel alterius uenæ. ¶Catarrus. Fluxus humorum à capite descendentium. ¶ Strangurię cum fit oplatio uesicæ uel ex humore collecto uel ex apostemate. ¶Matricis passio. Vt si patiatur ma trix ex inanitione uel ex aliqua præcipitatione uel distensione secundum superiorem partem, uel ex de clinatione super latus dextrum uel sinistrum uel uer tebrum. Fluxus scilicet uentris. ¶Costæ, quantum ad pleuresim. ¶Pulmoni. Ex uitio pulmonis liuet urina, tribus de causis, scilicet ex stillicidio reumatis

unde cir-

unde circulus est reumaticus & granulosus, & dolorem circa spiritualia potitur ex repletione, & tūc sentitur grauitas & pondus circa spiritualia & dolor partis sinistræ. Patitur etiam ex compressione à stomacho uel à splene uel matrice uel hepate, unde aliquid extorquetur à spiritualibus ex sui cōpressione, quod lapsum est ad gibbum hepatis, & inde per capillares uenas ad uesicam, & urinam inficit. Et distinguitur talis liuiditas per tumorem membrorū compressorum tumorem facientium. Ex uitio hepatis liuet urina tribus de causis, ex repletione, ex opilatione, & ex debilitate uirtutis. Quando uero liuet ex repletione, tunc distinguitur quod urina spissa est, et pondus sentitur in dextro hypocondrio & dolor. Ex opilatione liuet urina, & tunc debet esse intensa, tamē mediocriter spissa, unde urina mopostria significat, uel opilationem hepatis uel maiorem uel minorē hemitriteum. In ruptura uenæ debet esse hæc causa, scilicet distinctio circa epar. Ex debilitate liuet urina, quando infrigidatur epar, & impuri humores & fumi generantur, unde coloratur urina sicut in hydropico. Ex uitio intestinorum liuet quatuor modis, uel ex fluxu uētris, uel ex hemoroidibus lumbricis, uel ex illiaca passione, uel colica. Quando est ex fluxu uentris, tunc fit tribus modis, scilicet ex nimia & continua humorum discursione in colon, ex quibus aliquid corrumpitur ex calore naturali.

turali. Et ipso quidem corrupto in colon resudat & insidet in collum uesicæ & inficit urinam: unde liuet quod distinguitur, quia tunc urina turbulenta est & intensa. Ex sanguine si magnus est fluxus ex hemoroidibus manifestum est. Ex lumbricis qui contēti sunt in intestinis, & inuoluti in phlegmate, qđ est eorū materia, cuius phlegmatis corruptio in uesicam redundat & inficit urinam, quod distinguitur ex remissa urina & spissa & albis longis resolutionibus, ex frigiditate condensente illas uel ex colore lumbricorum. Et ex iliaca uel colica passione liuet urina, quod distinguitur ex torsione illarū partium. Ex uitio matricis liuet urina tribus de causis, uel ex humoribus uel ex fluxu menstruorum uel ex retensione ipsorum. Si ex humoribus, tunc distingue quia urina est spissa & remissa & corpuscula sunt liuentia in modum loturæ amidi per urinam diffusæ, Grauedo circa partes illas sentitur. Ex fluxu menstruorum liuet urina, ut in hemoroidibus. Ex retensione etiam menstruorum, ex quorum impuritate inficitur urina. Ex uitio uesicæ liuet urina tripliciter, opilatione, excoriatione, & ruptura. Si ex ruptura manifeste distinguitur, quoniam urina spissa, & pondus circa pectinem sentitur. Si ex opilatione uel calefactione uel ex humore uel à cancro uel ficu. Si ex coriatione furfures mingunt, & quandoque mingitur sanguis. Ex uitio sinthomatum liuet,

ut in ar-

ut in arthetica propter stillicidium. Et in hemitrite-
is ex duplicitate materiei. Ex perturbatiõe humorũ
ut in continuis. Ex apostemate spiritualium, ut in
pleuresi & empyemate liuescit ex adustione. Nam
æreis partibus & subtilibus euolantibus remanent
terrestres & grossæ unde liuet ex frigiditate. ¶Do
lor articularis. Id est passio. ¶Consumptiua ptisis.
Id est, quæ fit ex ulcere pulmonis. ¶Vis extinctiua
caloris. Id est mortificatio, ut in medio hemitriteo
& in maiori. ¶Liuoris causæ quis, scilicet causas.
¶Collige. Id est, perpende ô tu medice signis, scili-
cet specificantibus per collectionem aliarum cir-
cunstantiarum.

¶Specificatio per alias cõditiones de liuido colore

Paucula uix mincta liuẽs oleagina mortem.
Stranguriã mõstrat liuida pauca frequens.
Liuida cũ granis sciunctis atq; minutis,
Constanter loquitur spirituale malum.
Liuiditas athomosa malũ probat articulare
Est quoq; reumatici nuncia fida mali.
Vertebra si matrix cõpresserit aut diafragma
Inficit urinę liuidus ora color.

¶Expositio. Paucula. Superius dixit autor quod
liuidus color apparens in superiori parte urinæ ha-
bet significare supra uarias causas, hic specificat
per alias conditiones adiunctas, & secundum hoc
ponit regulas, quarum prima talis est. Quotiens-

cunq; ui

cunq; uidebis urinam liuidam in colore cum difficul tate mictam, paucam in quantitate, & oleaginosam & unctuosam potes, tunc mortem proculdubio iudicare. Et nota quod liuiditas prouenit, ut dictum est ratione mortificationis, cum difficultate autem micta prouenit ratione desiccationis meatũ & uiarum. Pauca ratione consumptionis membrorũ, unctuosa ratione liquefactionis pinguedinis. Talis ergo urina significat mortem. ℂSranguriam. Alia regula. Talis urina liuida pauca & frequenter micta significat stranguriam, rationes declarantur in commento. ℂLiuida cum granis. Alia regula. Vrina liuida apparens cum granis minutis & separatis, frequenter significat in membris spiritualibus passionem. ℂLiuiditas. Alia regula. Vrina liuida cum resolutionibus athomosis significat in articulis passionem. ℂEst quoq;. Dicit quod hæc eadem urina cum resolutionibus athomosis significat fideliter fluxum humorum & reumate. ℂVertebra. Alia regula. Vrina liuida in superficie urinæ significat compressionem matricis super alterum uertebrorũ, aut compressionem diafragmatis, & hoc est quod dicit de liuido colore. ℂCommentum. Paucula. Hic ponuntur specificationes prædictarũ causarum quomodo determinari habent ex alijs circunstantijs. Liuor nanq; particularis & uniuersalis non determinant passionem, nisi collectione facta aliarum actionum

onum uel occasionum, sed ex alijs adiunctis est magis ueridicus. ¶ Paucula. Ex membrorum consumptione quod est signum uehementiæ caloris membra consumentis & humorum materiam depascentis, unde consumpta humiditate, & succositate pauca remanente & redundante ad epar urina non potest multiplicari. ¶ Vix micta. Ex meatuum desiccatione, & urinæ indigentia. Liuens. Ex mortificatione uicinante uel mediante. ¶ Oleagina. Id est, unctuosa ex pinguedinis eliquatione, talis inquam urina mortem significat: hæc supradicta urina si liuida, cum paucitate & frequentia significat stranguriã. Strãguria est guttatim urinæ effusio ex oppilatiõe colli uesicæ, uel eiusdẽ acuitate. Liuida est in strãguria, quia spũs transeũt per locũ oppilationis, & ideo trahit infectionem liuoris ex corruptis humoribus. Pauca est propter emphraxim, id est oppilationem grossorum humorum & uiscosorum, unde nõ potest uesica sufficienter se exonerare in una uice ex urina. Defectum autem quantitatis supplet frequentia effusionis, & ideo pauca est & frequenter micta. ¶ Cum granis. Id est, in circulo manentibus, & in urina residente permanẽtibus. Nã si statim euanescerent, tũc potius ex alia causa fierent q̃ ex causa reumatica. ¶ Minutis. Id est, paruis in quãtitate. ¶ Spirituale malũ, scilicet paßionẽ spũalium membrorũ & toracis. ¶ Athomosa. Id est ex

athomosis

athomosis resolutionibus plena albis rotūdis & mi nutis. Sed quare sunt albæ rotundæ & minutæ, in capitulo de albis & minutis expedietur & exponetur. ❡ Articulare malum. Id est, articulorum paßionem. ❡ Vertebra. Id est, paßiones matricis quando magis solito declinat in altero uertebrorum unde fit compreßio ex compreßione uertebri. Et sic à matrice fit dolor & ex dolore prouocatio reumatis superflue materiei, ex quibus liuescit urina unde si matrix ex sui dißolutione sursum diafragma com preßerit urina liuescit etiam.

❡ Sequitur de colore albo cū tenui substantia.

Albo subtilis urina iugata colori,
Splenem, hydropem, crapulam, nefresim, frenesim diabetem.
Artheticā colerāq; nigrā pedicā scotomiā.
hepatis algorē, cū febris caumate mortē,
In sene uim fragilē, uel defectum puerilem,
In lesis humeros, aut collū lipothymiam,
Quartanā febrem declarat, & amphemeriam
Matricis uarias notat in muliere querelas,
Hęc hemoroidas, & condylomata signat.
Vt se iudicij fallax nō inferat error.
Talis cruda potestatq; indigeste uocari.
Clarior alba crisi nō pręcedēte, pfanā. (quat
Continuo frenesim, frenesis mortale ppin

❡ Expositio. Albo subtilis. Superius determinauit auctor de coloribus urinæ mortificationem & caloris

caloris adustionem significantibus, nunc consequenter ingreditur de coloribus significantibus indigestionem. Et primo de albo colore cum tenui substantia copulato, ostendens de ipso colore albo, quid habeat significare ponendo regulas & specificationes ex alijs conditionibus, secundum quod ualde bene scribitur in commento commentuũ. ¶ Albo subtilis. Executo tractatu de coloribus significantibus mortificationem, nunc exequitur de coloribus significantibus indigestionem, & primo de albo secundũ coniugationem albi coloris & tenuis substantiæ, scilicet ex quibus causis color albus fiat, & quomodo uarietur secũdum diuersitates subiectorum. Et quid sit causa tenuitatis ad præsens prætermittimus, ne dum introducentes lectoris tediosi siue litigiosi primitias offendamus. In hoc autem cap. distinguuntur signa albæ & tenuis urinæ, quarum significationes & specificationes ex circunstantijs debemus perpendere. ¶ Vrina subtilis, id est, tenuis in substantia. ¶ Iungata, id est, copulata significat. ¶ Splenem, id est spleneticam passionem. Splen enim nomen est membri & passionis. In splenetica passione urina alba est, & subtilis, id est, tenuis cum quadam radiositate multitudo eueniens, ex his tenuis iuuat. Et apud Theophilum. Vrina alba & tenuis & multa amphimerinam deficientem significat. ¶ Querelas matricis, Id est passiones, ex quibus mulieres

conqueruntur, eas maxime quæ fiunt ex retentione menſtruorũ ſpecialiter ſi apparent cum ſquamis & nigris reſolutionibus quod ſignificat retentionẽ melãcholici, humoris ſcilicet ſanguinis qui niger eſt & terreſtris. ¶ Hemoroides & condylomata, id eſt, morbũ exiſtentem in ano uel apoſtemata in ano uel circa anum parua. Hemoroides ſunt nomen paßionis & membri. Quædam enim uenæ hemoroide dicuntur, quæ à chili uena exorte ad pudendum circulum terminantur, quæ uenæ quandoq; tumeſcũt & diſtenduntur ex multo ſanguine in eis aggregato, & quandoq; rumpuntur, ita quod ab eis fluit ſanguis per incõtinentiã, et talis fluxus dicitur fluxus hemoroidarũ. Alba et tenuis urina ſi athomoſæ et pulueræ reſolutiones in fundo appareãt, ſignificat hemoroidas & ſimiliter attricas & condilomata. ¶ Vt ſe iudicij. Hic aßignatur generalis ſignificatio albæ & tenuis urinæ. Si enim fallaciam iudicij incurrere non uelis, per talem urinam ſignificare debes indigeſtionem & debilitatem naturalis caloris & accidentia, quæ ex indigeſtione emergi conſueuerunt, ſicut uentoſitatis interclußionem, & hypochondriorũ tenſionem uentris & laterum inflationem, grauitatem crurũ & coxarũ & pigritiã totius corporis, tã ad ſenſum quàm ad motum uoluntarium: grauedinem & malam diſpoſitionẽ capitis, & præcipue ſiniſtræ partis. Interclußio uentoſitatis fit quia cum

calor

calor debilis sit resoluit humores & resolutos non consumit unde uentositas interclusa turbulenta generatur, quæ pulsans hypochōdria & in ipsis attracta ratione uacuitatis ipsa distendit: & exinde fit inflatio uentris, & laterum & coxarum grauitas adest, quia spiritus ex quarum motu leuitas membrorum efficitur ex fumosa nebulositate à crudis humoribus resoluta torpidi & obtusiores effecti in suis motibus impediuntur, uel superfluitates quæ ex defectu naturalis caloris in nutritiuis generantur, uel motu suæ grauitatis inferius diffluentes musculos coxarum & tibiarum aggrauant, et in eis quasi sarcina quædam sentitur. Fumositatibus etiam ad sensuū instrumenta respirantibus caloris naturalis actio negotiatur circa locum, in quo commune materia paßionis, unde locus secundæ digestionis crudificatur, & urina dealbatur. Est autem tenuis quia lumbis & renibus compreßis & coarctatis urina subtilior eliquatur à calore, & à substantia spoliatur, & ideo tenuis & alba occurrit. ¶ Frenesim.

Sic specificatur, si in febre acuta præcedente urina rubea uel subrubicunda, non præcedente aliquo signo digestionis uel decoctionis materiei, non facta aliqua determinatione cretica, uel per sudorem uel per fluxum sanguinis de naribus, uel per uentris solutionē, uel per quancunq; aliam creticam determinationē, si postea appareat alba & tenuis significat

 raptū

raptum materiæ ad ſuperiora, quæ actione caloris leuigata ad panniculum cerebri primum exhalat uel aſcendit. Fit igitur alba, quia nutritiua membra & ſpiritualia, animatis membris tanquã nobilioribus compatientia, ad iuuamentum eorum ſpiritum & naturalem calorem delegant: unde ſpiritu & calore depauperata frigeſcunt. Et ideo calore abſente, urina diſcolorata in eis apparet, quia materia quæ per ſui præſentiã ſolebat urinam colorare: rapta ſuperius per ſui abſentiam, contrariam facit diſpoſitionem. Eſt notandum quod ſi ex fluxu ſanguinis ſuperueniente per nares, aut multo ſudore in capite facto freneſis quieuerit, Et urina tenuis & alba permanſerit ſignificat mortem. Vnde Theophil. in capitulo de alba & tenui urina poſtea ſubiungit. Si uero urina talis fuerit & febris permanſerit, æger ita diſpoſitus moritur. ¶ Dyabetem. Scilicet ſignificat alba & tenuis urina ſpecifice. Si multa ſit in quantitate & frequẽter micta, & cum carneis reſolutionibus alba eſt, quia aquoſitas ſecũdæ digeſtionis continue inceſſanter ab hepate per uenas capillares & à renibus ſugitur, per diſtemperantiam caloris & ſiccitatis, unde uiget in eis uirtus attractiua, & deſiderat refocillari ex attracta humiditate. Vrina ergo nõ poteſt tantum morari in hepate per continuũ tranſitum, quouſq; plenarium recipiat colorem. Sed cruda & indigeſta deriuatur ad renes. In renibus

autem

autem nō habet colorari urina præcipue cum ibi moram non faciat uel paruam in eis moram faciat. Sed per poros euritides qui ex calore rarefacti sunt, & relaxati statim resudat in uesicam: & ideo sæpe & in multa quantitate mingitur. Est autem diabetes immoderata urinæ effusio ex distemperantia renum in caliditate uel frigiditate. Fit autem ex immoderato coitu uel cursu uel labore uel saltu, Hæc urina repleta est carneis resolutionibus albis & oblongis, quia substantia renum ex uehementia caloris dissoluitur. ¶ Arteticam, scilicet significat alba & tenuis urina specifice cum athomosis resolutionibus albis rotundis & minutis causas singulorum in capitulo de contentis assignabimus. Sed quare fit urina discolorata in Artetica queri potest. Et respondemus quod materia urinæ non est contenta iu hepate, sed circa extrema ubi est causa passionis. Si quæratur iterum quomodo resolutiones illæ admisceantur urinæ cum materia sit contenta in pede? Respondetur qđ hæc est causa, qa uirtus expulsiua unius mēbri est attractiua aliorum per continuos meatus, scilicet expellendo adiuuat alia membra in attrahendo. Et sic ex uirtute illius membri expulsiua, & ex uirtute attractiua aliorum membrorum per continuos meatus resolutiões illæ reuertūtur ad uias urinales & urinæ admiscentur. Fit etiam artetica ex distillatione reumaticæ materiæ à cerebro ad partes

 inferiores,

inferiores, & maxime ad istas quæ mobiliores sunt & modosiores, in qbus ratione mobilitatis et nudositatis fortior est uirtus attractiua. ¶ Choleramq; nigrã. Id est, melancholiã tenuis & urina alba, significat excessũ melancholiæ alijs cõditionibus circũscriptis. Alba est ex frigiditate melancholiæ, quoniã frigiditatis est dealbare. Tenuis est ex siccitate: quoniã siccitatis est attenuari. Nota quod melancholia dupliciter disponit urinam, scilicet secundum sui qualitatem, & secundum hoc reddit eam albam & tenuẽ glaucam, uel albam ex frigiditate, tenuem ex siccitate: secundum substantiam disponit etiam urinam. & tunc reddit eam nigram & spissam ex sui commixtione, sicut fit in solutione quartanæ. ¶ Peditõ. Id est epilepsiam, significat alba & tenuis specifice cum quadam plumbeitate & obscuritate substãtiæ, quæ habet fieri propter compassionem animatorum membrorum. Discolorata est in epilepsia, quia natura compatiste mẽbris animatis & nõ intenta circa hepar digestio crudificatur & urina dealbatur. ¶ Scotomiam, id est tenebrositatem oculorum uertiginem, significat alba & tenuis urina uel glauca, & maxime si multũ sit limpida & clara cum quadam uiriditate & luciditate. ¶ Scotomia nanque potius fit ex humore melancholico, ex quo resoluto grossa fumositas & nigra ascendens cerebrum inficit, & spiritum uisibilem obscurat. Est autem alba

propter

propter multam frigiditatem, clara est & limpida propter nimiam siccitatem. ¶ Hepatis algorem, Id est distemperantiam hepatis in frigiditate. Vnde impedit digestionem propter frigiditatē hepatis aquosi & crudi, generantur humores. Vnde urina albificatur. ¶ Cum febris caumate. Id est in febre acuta causonica & augmastica, significat mortē alba et tenuis urina. Sed distinguitur si talis appareat, aut in principio, aut in augmento, aut in statu, aut in declinatione. Si ergo in principio talis appareat, significat crudelitatem materiei, & debilitatem caloris naturalis & prolixitatē morbi. Vnde ex tanta morbi prolixitate, natura afflicta & debilitate infirmus succumberet: & inde timendum est de infirmi defectu, & hoc præcipue si adsunt alia mala signa. Sed forti existente natura et alijs bonis signis cōcurrentibus nō significat mortē, sed salutē et terminationē futurā per apostema factū sub diafragmate. Si talis urina appareat in augmento uel in statu præcedente rubicunda, duo potest significare. Aut significat frenesim, aut extinctionem caloris naturalis humiditatis, quæ deficiente sibi nutrimento annihilatur. Vnde urina discoloratur, & utrunque signum est mortale. Si in declinatione talis appareat urina, præcedente cretica determinatione signum est salutis & cætera similia. ¶ In sene uim

 fragilem

ſragilem &c, Id eſt defectum uirtutis ex ſenectute & imbecillitate caloris naturalis, ſignificat urina tenuis & alba. ¶ Vel defectum puerilem, id eſt, defectum nutrimenti in membris. ¶ Aſποθυμίαν, Id eſt, ſincopim ſignificat alba & tenuis urina. Et prouenit ex groſſa fumoſitate reſoluta à crudo humore & melancholico, qui reſpirans intus ad ſpirituales meatus, comprimit & ſuffocat ſpiritum uitalem in corde, qui oppreſſus caloris beneficium non poteſt impendere & conferre partibus extremis, ex quo non aſcendente ad cerebrum, cum non temperetur ſpiritus animalis, ceſſat ſenſus in corpore, & motus uolũtarius, & corpus animalis quaſi mortuum iacet: hoc autem precipue ſignificat alba & tenuis urina. ¶ In leſis humeros aut collũ, id eſt, incipientibus habere dolorẽ circa collũ & humeros, nõ ab extrinſeca cauſa, ſed ab interiori, qui dolor ſubito ſurgens, tali exiſtente urina ſig. diſperſionẽ & reſolutionem groſſæ fumoſitatis, unde certũ põt eſſe ſignũ ſincopis uenturæ. ¶ Quartanã febrẽ, id eſt, de naturali melancholia ſignificat alba & tenuis urina. Sed ſequẽti die poſt acceſſionẽ debet eſſe pallida uel ſubpallida, et in tertia die uel quarta debet eſſe alba uel glauca, qđ in ſequẽti die magis appareat colorata, cõtingit quia materia melãcholia cũ pura ſit & cõpacta ſuam ignitionem diu ſeruat uel inflammantem, unde in ſequenti die magis apparet colorationi

effectus

effectus. In quartana uero nota ruffa uel ſubruffa & quandoq; ſubrubra occurrit. ¶ Ἀμφημερινὸν Id eſt, ſolutionẽ febris quotidianæ de phlegmate uitreo ſignificat alba & tenuis urina, ſpecifice præcedente pauca & in fundo globoſa. Si poſtea effundatur in multa quantitate, & poſtea tenuis in ſubſtantia ſignificat amphimerinæ ſolutionẽ. Phlegma uitreum dum ad huc crudum eſſet & compactum reſiſtebat naturæ expellere uolenti, et quia fiebat eius reſolutio, pauca erat urina. Sed phlegmate digeſto, & colore confortato fit eius reſolutio & per particulas minutas. Vnde urina multiplicatur & attenuatur. Et nota quod omnis materia in ſui digeſtione inſpiſſat urinã, præter phlegma uitreum: huius regulæ cõcordantia habetur apud Hipo. dicente in quarta particula aphoriſmorum. Quibuſcunq; urinæ albæ & globoſæ nõ ſine febris & quadam uirgularum porrectione, ſicut quidam radioli eſſent in urina. Vrinam talem Platearius dicebat uirgulatam. Et ferrarius ſuperius feneſtratã. Alba eſt urina ex uitio ſplenis, quia ex melãcholica ſuperfluitate calore naturali debilitatio crudificatur digeſtio, & contrariæ qualitatis fit in tenſio id eſt, frigiditas unde urina dealbatur. Albedo enim filia eſt frigiditatis, ut dicit Gal. in tegni. tenuis eſt radioſa ex nimia ſiccitate melãcholiæ, ex qua ſubtilitatis ſpiritibus, ſuperius ſubtilior & tenuior fit urina. Fit etiã

tenuis et radiosa, quia melãcholica superfluitas sple nis domicilium descendens, cum super exhiberet cõ primit et coarctat meatus urinales, quibus coarcta tis, urina subtilior excolatur. Hydropem. Id est, leu cofantiam, id est, iposarcam uel anasarcam. In prin cipio passionis. Sed longo tempore talis apparens spleneticam passionem declarat. Spleneticam si sit cum quadam liuiditate in parte superiori, quæ liui- ditas & obscuritas contingit propter impuritatem humorum, naturalis enim color debilis multum nõ potest defedare & sincerare sanguinem. Ideo dixi in principio, quia inueterata causa malitiæ, & ma- teria in processu tẽporis multiplicata, alba & spis- sa occurrit. ¶ Crapulam. Circunscriptis alijs circũ stantijs multiplicata namq; ciborum congerie, suffo catur naturalis color, unde non potest cõualescere circa officiũ digestionis: ut uidetur in lampade ex multa olei infusione lumen opprimitur & extingui tur. Ex multa cõgerie lignorum ignis debilis ex- tinguitur. Ex crapula etiam multa debet fieri uri- na in quantitate multa. Nam ex multis cibis multa debet fieri redundatio succositatis ad hepar, quæ na turalem calorem reprimit. Et talis secundum Theo philum significat largum cibũ & potum præcessis- se, & maxime si nimiũ fuerit subtilis & leuis, quia cito penetrat. Nephresim. Id est, paßionẽ renum ex calculo ibi cõfirmato. Et hoc præcedẽte urina spissa

& alba

& alba, cum quibusdam ſediminibus arenoſis. Et ſi poſt talem urinā apparentē appareat tenuis & alba urina nō facta purgatione melācholici humoris, uel uitrei phlegmatis cū diureticis potionibus ſignificat nefreſim ex calculo in renibus cōfirmato, et talis peſſima eſt, quia peior eſt calculus confirmatus q̄ cōfirmandus. Et hoc cōcordat hip. lib. ampho. dicēti urinæ limpidæ et albæ, omnes malæ ſunt, maxime ſi in phreneticis apparēt. Alba eſt urina in phreneſi, quia totaliter aggrauatis organis & ſpiritibus: ſenſus et motus uolūtarius impeditur. Et ipſe fumoſitates ad cerebrum reſpirantes, cum ſint groſſæ & impetuoſæ fit diſtentio miringarum. Et ex diſtentione fit ſolutio continuitatis, ex qua ſequitur dolor capitis: & maxime in ſiniſtra parte cum ibi ſit ſedes malancoliæ ratione cōformitatis. Et nota quod tales urinæ apparent in menſtruoſis & in hemoroides habentibus. Sed tunc apparent paruæ & nigræ reſolutiones in fundo cum diſcoloratione & macilentia totius corporis.

¶ De glauco colore.

Spiſſi ſuſcipiens comertia nulla liquoris.
Eſt in iudicio glaucus color, ęmulus albo.
At minus offendit natiui iura coloris.
Si fuerit tenuis mediocriter, aut mediocris
Glauca uel alba, notat exceſſū flegmatis acris
Glauca melancholicę craſeos eſt cōſcia teſtis.

Expoſitio

¶ Expositio. Spissi. ¶ Postquam determinatum est de colore albo. In ista parte determinat de colore glauco Glaucus enim color est sicut cornu albū lucidum. Dicit quod urina in colore glauca quæ nūquam patitur cum spissa substantia sociari habet simile iudicium cum alba urina & tenui, quia quicquid significat urina alba & tenuis totum significat urina glauca. Sed cum remissione et minori malitia. Et etiam urina glauca nō tantam debilitatem caloris naturalis ostendit uel significat. ¶ Si fuerit tenuis. Ponit talem regulam: quotienscunq; uidebis urinam albam uel glaucam in colore cum substantia mediocriter tenui significat dominiū phlegmatis acetosi. ¶ Glauca. Dicit qd' urina glauca significat hominē melācholiæ complexionis sanū. ¶ Commentum. Spissi. Post album colorem: agit auctor de glauco qui conuenientes habet significationes cum albo colore. Non enim differunt nisi secundum intensionem & remissionem malitiei. Nam quæcunque significat albus color cum tenui substantia eadem significat glaucus color sed cum quadā remissione. ¶ Spissi liquoris. Id est, spissæ substantiæ. ¶ Nulla comercia. Id est, nullam couiugationem. Glaucus namq; color cum sit tanquam cornu lucidum album est: inconiugabilis spissitudini. Spissitudo enim ei associata luciditatem aufert, sine qua nō posset esse glaucus color. ¶ Emulus albo. Id est, consimilis.

similis. ¶ At minus offendit. Id est minus significat impediri. ¶ Iura. Id est cursum & dominium. ¶ Natiui coloris. Id est, naturalis. ¶ Si fuerit tenuis. Adhuc prosequitur auctor iste de glauca urina & ostendit quod glauca urina omnino uel mediocriter tenuis significat malācholicū. Sed si recedat à tenuitate mediocriter significat excessum phlegmatis acetosi &c.

¶ De colore lacteo.

Lactea subtenuis in acutę caumatę febris,
Litis in ingressu signis adiuncta sinistris,
Dānat & accusat patientē crimine mortis.
Fallitur urinę sententia, si tibi certo
Ordine concurrant, quę sunt uitalia signa,
Mēs, sopor affectus, bona respiratio, uirt9.
Lactea subtenuis cum largo fusa liquore,
Fine mali ueniens deferuescente calore,
Soluit, & a morbi laqueis emācipat ęgrum.
In febre q̄ replica typic9q; interpellat error
Lactea subtenuis dicta, ꝙ causa fit eius
Frigida pressuram longi factura laboris.
Lactea subtenuis febre declinante salutem.
Impetrat & corpus releuat uitā ꝑ refirmat.

¶ Expositio. Lactea subtenuis &c. Superius determinatum est de colore glauco cum mediocriter tenui substantiæ copulato: hic determinat autor de lacteo cum tenui substantia. Ponit ergo talem regulam primo. Vrina lactea in colore mediocriter tenuis

nuis in ſubſtantia in principio ægritudinis acute ſi-
gnis malis cõcurrentibus, ſine dubio patientem in
dicat moriturum. Si uero ſigna bona & uitalia con
currãt, ſicut bonus anhelitus, fortitudo uirtutis, bo
nus ſomnus, & bona memoria & ſimilia, tunc non
habet iſta regula ueritatem, imò ſignificat ægri libe
rationem. Eſt tamẽ ſciendũ ꝙ talis urina quantum
eſt de ſe nõ ſignificat bonũ. ſed ratione aliorum ſi-
gnorũ bonorum ſibi cõiunctorũ. ¶ Lactea ſubtenu
is cũ largo: hic ponitur alia regula decolore lacteo
cũ ſubſtantia tenui mediocriter. Regula eſt iſta. Vri
na lactea in colore ſubtenuis in ſubſtantia multa in
quantitate, in declinatione ægritudinis apparens ſi
gnificat ſolutionẽ ægritudinis. ¶ In febre. Alia re-
gula, ſcilicet tertia. Vrina in colore lacteo ſubtẽuis
in ſubſtãtia in febre interpollata, ſignificat materi
am ægritudinis frigidam, & per conſequens longi
tudinem ægretudinis. ¶ Lactea ſubtenuis febrem.
Quarta regula. Vrina lactea in colore, ſubtenuis in
ſubſtantia in declinatione ægritudinis, ſignificat li-
berationẽ ab ægritudine et ſalutem. ¶ Cõmentum.
Lactea ſubtenuis. ¶ Poſt capitulũ de glauco colore
cum tenui ſubſtantia, ſubiungit auctor aliud capitu
lum de lacteo colore ſecundũ coniugationem tenuis
ſubſtantiæ. Sed fortaſſe obijceretur de uerbis & ſen
tentijs & eorũ repugnantia. In iſto libro dicitur, et
quaſi pro regula proponitur, quod lactea uel charo
pos

pos nunquam tenuis reperitur. Sed hic lacteus co-
lor cũ tenui ſubſtantia cõiugatur: unde uidetur diſ-
ſonantia. Reſpondemus quod nunquã lactea eſt te-
nuis de omnimoda tenuitate, & de omni tenuitate
intelligendum eſt. Ad hoc namq; ut ſit lacteus color
exigitur quod ſit ibi aliquantula partiũ groſſitie et
acumulatio. Et ideo lacteus color omnimode ſubtili
tati denegat copulari. Et hoc idem intelligitur de
karopos Et propter hoc dictum eſt quod lactea uel
karopos ſimili modo nunquam reperitur tenuis in
ultima ſubtilitate. Quod uero hic dicitur de coniu-
gatio ne lactei coloris cũ tenui ſubſtantia intelligen
dum eſt, nõ de omni tenuitate, ſed mediocriter tenu
itate accedẽte ad ſpeciem ſpiſsitudinis, unde auctor
uolens euitare periculum obiectionis, non dixit ſim
pl citer tenuis, ſed lactea ſubtenuis, ſub namq; deno
tat remiſſionem à tenuitate. Si autem apud Theo-
phi. inueniatur lacteus color coniungi cum tenuî
ſubſtantia: tunc tenuem ſubſtantiam intellige pro
ſubtenui. De tali autem calore cauſa ſubtenui ſub-
ſtantia talis doctrina proponitur apud hunc auto-
rem. Vnde urina lactea cum ſubtenui ſubſtantia
aut apparet in principio ægritudinis, aut in fine.
Si in principio uel in fine, aut apparet in principio
uel in fine febris acuta uel interpollatæ uel alteri-
us ægritudinis proſequente de ſingulis. Si in prin-
cipio febris acutæ appareat lactea & ſubtenuis
malis

malis signis concurrentibus sicut est alienatio, desipientia, insomnietas, defectus appetitus, difficilis respiratio, uirtus debilis mortem significat. Per hoc enim quod est lactea significatur cruditas materiei & indigestio & locus secũdæ digestionis esse refrigeratus ex transmissione spirituum, & caloris ad cerebrum: & est signum frenesis futuræ, unde timendum est de cerebri consumpsione. Cerebrum enim est membrum delicatum molle & tenerum & cum debilem habeat calorem naturalem, nõ multo calore indiget. Et ideo feruore calori superuenienti consumitur. Cor uero est calidissimum membrum naturaliter unde multo calore est assuetum & quasi moro fabri incontinuo calore uersatur. Inde est quod impetum feruoris caloris aduenientis melius potest tollerare. Quod autẽ est tenuis ex compactione humorum est & cruditate. Et quia materia iam rapta est ad cerebrum hepate refrigerato iam nulla fit resolutio nec perturbatio: unde urina non inspissatur, & ideo malis signis cõcurrentibus si talis urina appareat mortifera est. Sed si bona occurrerint signa supradictis contraria, licet talis appareat significat liberationem ægritudinis, sed non est quantum est in se, quia per se suspecta est & infamis. Sed quia bona accidentia ei concomitantur, licet suspecta, significant prolixitatem ægritudinis. Sed si in fine febris acute talis appareat, & si multa in quantitate

febrem

febrem declinantem ind .. lactea est si-
gnificat quod innaturalis calor iam recedit: quod
uero est tenuis hoc fit ex attenuatione & sub ilita-
te parti um materiei, per hoc autem quod est multa
significatur plena & sufficiens purgatio. Si uero in
principio febris interpollate talis urina appareat,
tunc crudum & flegmaticum humorem demõstrat.
Vnde disponitur urina secundum frigiditatẽ & hu
miditatem, & secundum caliditatem & siccitatem
& secundum frigiditatem & siccitatem, & secun=
dum caliditatem & humiditatẽ humorum: quod au
tem est tenuis, hoc fit ex compactione & complexi
one materiei & difficultate resolutionis. Talis ergo
urina ex omni causa ægritudinem significat, & lon
gam afflictionem ostendit &c. In fine ergo interpol
late febris si talis appareat & multa ex lacteo colo
re significat calorem deueruescentem. Sed ex tenui=
tate significat materiei subtilitatem ex multitudine
significat sufficientem purgationem, & ita ægri li-
berationem significat. Sed si talis appareat sine fe-
b e dispositionem corporis ad hydropisim porten=
dit. His diligenter consideratis quæ dicta sunt, mani
festa est litera & sensus litteræ.

¶De colore albo lacteo & charopos.

Albescens charopos uel lactea spissa figurat.
Hidropisim colicã lapidẽ capitisq; dolorẽ.
Flegmatis excessũ, mẽbrorũ reumata fluxũ.
Talis apostaseos causam cõplexio soluit.

¶ Expositio. Albeſcens charopos. ¶ Hic determi-
nat Egidius de calore albo lacteo & charopos cum
ſpiſſa ſubſtantia. Vnde talis eſt regula. Alba namq;
urina in colore uel lactea uel charopos, ſpiſſa in ſub
ſtantia ſignificat hydropiſim, & alias ſignificatio-
nes quæ ſequūtur in litera, & tu ſpecifica ſicut ſcri-
bitur in cōmēto ualde bene. ¶ Albeſcens charopos.
Hic agit autor de albo colore & lacteo uel charopos
cum ſpiſſa ſubſtantia. Alba namq; urina remiſſior
eſt q̄ lactea uel charopos. Et eſt hic color charopos
ſimilis camellorum uelleribus, id eſt, flauus, & hi co
lores omnes cum ſpiſſa ſubſtantia ſignificant hidro
piſim, id eſt, leucofantiam ex multo tempore præce-
dente, cum quadam obſcuritate, & perturbatione,
& appoſita manu liuida uel ſubcitrina apparet. Et
talis urina leucofantiam confirmatam ſignificat ta-
lem urinam, præcedit alba & tenuis cum quadā li-
uiditate & obſcuritate. Et nota q, talis urina quæ
hydropiſim ſigni. potius debet eſſe alba q̄ lactea uel
charopos, propter maiorem cruditatem digeſtionis.
Hidropiſis enim ſignificat errorem uirtutis digeſti-
ne in hepate. Color uero charopos uel lacteus non
tantam cruditatem materiæ. Poteſt tamen lacteus
color uel charopos in leucofantia apparere. Sed
albus color eam fidelius exprimit, ut dictum eſt.
Item urina alba lactea uel charopos cū ſpiſſa ſub-
ſtantia & arenoſa, ſignificat cholicam uel iliacam
paſſionē

passionē ex crudo & uiscoso phlegmate aggregato in inferioribus intestinis. Vnde expressione phlegmatis tecis egressio denegatur. Ex uentositate innata torsio & angustia sentitur, ut uideatur patienti quasi quoddā terebellum eius intestina perforare, ut de seipso refert Gale. in colica passione & iliaca, cū sæpe uideatur alba & spissa, tamē de iure passionis & depositione uel dispositione materiei, talis debet esse urina quæ si ita est in intestinis potius debet esse lactea uel charopos, quia cū materia contenta sit in colon intestino uel ylion, cū remota sit à uijs urinalibus nō sic potest immure urina, ut eā reddat albā. Redditur ergo minus discolorata, scilicet lactea. Itē urina lactea uel alba & spissa lapidē signi. specifice si in fundo habeat sedimē arenosum. Talis ergo urina potius debet habere calorē lacteū q̄ albū, quia licet pro phlegmatice debeat esse discolorata multū, tamē propter ebullitionē & decoctionē ipsius humoris, ut in lapidē cōuertatur, redditur minus discolorata, ut lactea & spissa cōstituatur pro cōsumptione liquidarū partiū. Petrificatio nāq; ex aliquo humore nō pōt effici sine aliqua decoctione, Ideoq; potius fit lactea q̄ alba. Et est notandū q̄ generatio lapidis fit quatuor de causis, scilicet ex abundantia superfluitatū, ex uiscositate earū, ex angustia meatuum, & ex debilitate uirtutis expulsiue. Cum enim hæc omnia concurrant humor diutius morans

 in uesica

in uesica actione caloris decoquitur, & liquidis om
nibus partibus, consumptis & terrestribus perma=
nentibus fit durities, & petrificatio & arenarum
generatio quæ simul coadunatæ & annexæ lapidem
efficiunt, qui si fuerit in renibus dolorem renum fa-
cit immoderatū ex distensione partium & solutio=
ne continuitatis. Adest etiam dormitatio pedis cum
ipso rene colligantiā habentis, & infrigidatio con
tingit, quia spiritus propter emphraxim calculi non
potest impendere beneficium suæ calefactionis. Com
primuntur enim nerui, unde aufertur aditus spiri=
tui animali, & ideo fit dormitatio pedum & infri-
gidatio. Adest etiam dolor iliacus, quia cum intesti-
na comprimuntur ex calculo existente in renibus,
& hoc propter eorum colligantiā, superfluitas pri
mæ digestionis retinetur quæ cum non possit emitti
redundat ad ylion & inflat, & torquet ipsum, &
inde fit dolor Iliacus. Et si lapis fuerit in uesica, do-
lor est in pectore cum pruritu & cum difficultatē
mingendi & cum ardore uirgæ, quando urina min
gitur, & constipatio igitur uentris fit ex compres=
sione longaonis. ¶ Capitisq; dolorem. Id est, præ-
sentem uel futurū significat urina à charopos uel la
ctea & spissa in substantia. Si ergo urina diu talis
appareat significat dolorem præsentem. Sed si de no
uo apparere incipiat futurū dolorem significat: hoc
autē est in amphimerina cum phlegma diu fuerit in
corpore,

corpore. Calor enim qui iam diu egit in ipſum reſol uit eius partes in fumoſitatem, turbidã uaporoſam quæ petens cerebrum infert dolorem. Sed ſi phleg= ma nouiter incipiat dominari in corpore, calor a= gens in ipſum nondum in fumoſitatem ſufficit reſol uere. Sed diutius agendo reſoluet, & ideo ſuturus dolor ſignificatur. Huiuſmodi regulæ concordantiã habemus ab Hippocrate in quarta particula ampho riſ. iuxta finem, Quibus in febribus urinæ contur= batæ ſunt uelut ſubiugalium ijs capitis dolores aut adſunt aut aderunt. ¶ Phlegmatis exceſſum urina ergo alba uel lactea & ſpiſſa per totum cum ine= quali & impura ſubſtantia phlegma naturale abun dare ſignificat ſine febre. Alba eſt propter frigidita- tem phlegmatis. Natura enim frigiditati eſt dealba re, & quia phlegma album eſt, ideo habet dealbifi= care. Spiſſa eſt propter humiditatem cuius eſt inſpiſ- ſare. Inequalitas ſubſtantiæ ſignificat perturbatio- nem fieri in corpore. Impuritas ſubſtantiæ ſignificat defectum naturalis coloris non ualentis ſubſtantiã depurare: hoc ergo ſignificat principaliter. ¶ Se= cundo uero ſignificat dolorem capitis & præcipue grauedinem occipitij, ubi eſt phlegmatis ſedes, uel ſignificat indigeſtionem & ſignificat laterum infla- tionem, oris inſipiditatem, ſaliuarum abundantiã, ſenſus ebes, motus tardus fit, pigritia, ſomnus et do lor capitis ei concomitantur, quæ omnia habẽt con-

tingere ex resolutione grossæ & crudæ materiæ, ex qua resolutione fumositas resoluta & à debili calore nõ consumpta ad diuersas partes corporis peregrinans illas partes aggrauat & molestat, petens enim cerebrũ ex distentione menyngarũ cerebri dolorem facit & ad hipochõdria respirãs inflationem inducit. Et ascendens per isofagũ ad linguã, & circa eã inspissata insipiditatẽ facit & saliue abundantiam. Et per neruos diffusa sensum & uoluntarium motũ impedit. Huius regulæ concordantia, habetur apud Theophi. in ca. de pingui & alba urina. Dicit nanq; Theophilus, talis cõplexio monstrat crudum humorẽ plurimũ abnndare in uasis, id est in uenis et differẽtias diuersi phlegmatis attestari, ut est uitreũ salsum & sine qualitate. ¶ Membrorũ reumata. Id est, fluxũ humorũ ad aliquod membrũ corporis, sicut in apostematica collectione de frigidis humoribus effectã, præcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxũ. Scilicet reumatis significat lactea uel charopos & spissa, specifice si fuerit pauca & turbulẽta cũ resolutionibus oblongis uel rotundis, præcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxũ, id est, uentris solutionẽ significat charopos uel lactea & spissa, si fuerit pauca cũ resolutionibus longis & rotũdis, pauca est propter fluxũ, quia spũs et humores emittũtur à corde, quia calor debilitatur in hepate ergo pauci generãtur humores, & ideo pauca est urina. Hoc enim dicit Hip.

urina no

urina nocturna multũ micta paruũ secessum signifi cat, & multus secessus paucã urinã significat. Reso lutiones fiũt à phlegmate descendente per stomachũ ad intestina. Turbulẽta autẽ ex permixtiõe humorũ ¶ Talis cõmixtio, id est, talis cõiunctio albi uel la= ctei coloris cõspissa substantia. ¶ Soluit. Id est, solui signifi. ¶ Apostaseos. Id est, materiã apostematicæ collectionis ex purgatione materiei, quæ cruda est si phlegmatica, unde urina discoloratur & inspissa tur. Et inde habemus concordantiã cũ Hip. in fine quartæ particulæ, inquit enim, quibus spes est apo= stema ad articulos cõuerti exiens ab apostemate uri na crassa & multa & alba facta uelox in laborio= sis febribus &c. Item apud Theo. urina pinguis & alba multa ueniens liberat ægrũ ab apostemate in articulis nato ijs qui dolebant liberat eos, etiã qui in ægritudine laboriosa erant, & qui diu fuerant in ægritudine pinguium humorum.

¶ Quatuor regiones in urina.

Sępe fit urinę distans substantia, dispar.
Vult9, ut a medio uel summo discrepet imũ
Sũma superficies, mediana, uel infima spissã
Summã, uel mediã, uel partẽ cõcutit unam.
Et similis simili seruit regio regioni.
In reliquis est consimilis ratio generalis.

¶ Expositio. Sæpe fiit urinæ. Hic ostendit autor in urina quatuor esse regiones. quæ quatuor humani

 corporis

corporis regionibus correſpondēt. Vnde notandū eſt quod urinæ ſubſtātia multotiēs diſcōuenit in ſeipſa, quia aliquādo erit ſuperius tenuis, inferius ſpiſſa uel ecōuerſo, & etiā color eius, quia in parte ſuperiori erit alterius coloris q̄ in parte media uel quā in parte inferiori. Hic ergo notātur quatuor eſſe regiones in urina, quæ in humano corpore quatuor regionibus atteſtātur. Circulus enim ipſius urinæ atteſtatur ſupra membrorū animatorū diſpoſitionē, utputa cerebri & menyngarū cerebri & triū cellularū.

¶ Secunda regio urinæ, ſcilicet pars quæ eſt cōtigua circulo ſignificat diſpoſitionē membrorū ſp̄ualium, & ægritudines eorū ſicut dicetur in cōmēto. ¶ Tertia regio urinæ atteſtatur ſupra diſpoſitionē membrorum nutritiuorū, ſcilicet hepatis, ſtomachi, ſplenis et ſimiliū. ¶ Quarta regio, ſcilicet fundus atteſtatur ſupra diſpoſitionē membrorū inferiorū, quæ regio ſi in ſe cōtineat ſedimē arenoſum humores ſignificat cōglobatos, & moleſtationē ſignificat generatiuorū membrorū, & ægritudines eorum ſicut in cōmento ualde bene dicitur. ¶ Cōmentum. Sæpe fit urinæ &c. Notandū q̄ quatuor ſunt regiones humani corporis, & prima eſt animatorū membrorū, ſicut cerebri & menyngarū, & triū cellularū ipſius, & durat iſta regio ab epigloti ſuperius. Epiglotū eſt mēbrū qd' iacet ſupra tracheā arteriā, & dicitur ab epi qd' eſt ſupra, & glaucio qd' eſt mēbrū, ſup euglo

ſuma, id

ſuma, id eſt, yſofagũ. ¶ Sec[illegible] regio eſt ſpũaliũ & cõtinet cor & hepar & tracheam arteriam & fiſtulas pulmonis, & durat ab epigloto inferius uſque ad diaphragma. ¶ Tertia regio eſt nutritiuorũ membrorũ, & comprehendit ſtomachum, ſplenẽ, hepar, & inteſtina, & cyſtim fellis, & durat à diaphragmate uſq; ad lumbos & renes. ¶ Quarta regio eſt generatiuorum membrorum, qui comprehendit lumbos renes & ueſicam & dydimos & matricem & teſticulos matricis & uuluam, et duos teſticulos & uirgam uirilem, & omnia quæ continentur à renibus infra. Quatuor ſunt regiones humani corporis quibus cõformantur . 4 . regiones urinæ, prima, quarum eſt circulus, cui deſeruit diſpoſitio animatorum membrorum, ſecunda eſt corpus aereum uel ſuperficies quæ eſt in ſuperiori parte contigua circulo, & deſeruit ei diſpoſitio membrorũ ſpiritualium, & ſi ſpiſſa eſt & magis turbulenta, atteſtatur malæ humiditati ſpiritualium membrorum, maxime ſi circulus fuerit granuloſus, & ſignificat dyſpnoram & aſchma, aut iliquam collectionẽ materiei ſuperfluæ circa ſpiritualia: unde adeſt anguſtia anhelandi, & ſtrictura pectoris, & quia ſpiritualia membra ſunt aerea, emittunt àerem & inſpirant. Tertia regio dicitur perforatiua, quia perforatis membris atteſtatur, id eſt, ſtomacho hepati & alijs nutritiuis quæ ſi nebuloſitatem in ſe habent uel

 ſpiſſi

ſpiſsitudinẽ, denunciat impedimentũ nutritiuorum ex ſuperfluis humoribus, ſicut dolorẽ uentris & inflationẽ rugitum & indigeſtionẽ, faſtidiũ, & cætera accidẽtia quæ ſtomachi repletionẽ cõcomitãtur. Quarta regio eſt fundus et in fine partis urinæ qua ſedimen arenoſum in ſe cõtinet & humores conglobatos, & ſignificat moleſtationẽ generatiuorũ, ſicut nephritidem, λιθίασιν ſtranguriã & renũ lumborũ dolorem, & partiũ adiacentiũ grauedinem.

¶ Diſtãs ſubſtãtia. Id eſt, diſſona & inequalis quantum ad eandẽ urinam, ut eadẽ in parte ſuperiori appareat ſpiſſa: uel in medio uel in inferiori cæteris partibus in tenuitate permanẽtibus, uel econtra. Suprema regio ſignificatur moleſtari ſicut ſingulis ſingula reddãtur, ſimilis regio urinæ ſimili regioni corporis atteſtatur. In reliquis collectionibus ratio generalis eſt, ut ſi in parte ſuperiori ſit ſpiſſa uel media uel inferiori ſuprema regio corporis media uel infima moleſtari ſignificat.

¶ De pallido calore, ſubpallido & ſubcitrino.

Pallida cum pingui uel ſub citrina liquore,
Flegmaticę mõſtrat periodica frigora febris
Pallida cum tenui cholerã declarat aduſtam,
Pallida ſub tenuis ex acri phlegmate febrẽ.
Pallida cui ſpiſſum mediocriter aſſociatur,
Flegmaticę craſeos interpres fida probatur.

¶ Expoſitio. Pallida cum pingui. ¶ Poſt præcedentes

lentes colores consequenter agit autor hic de colo-
re pallido, subpallido, subcitrino cum spissa substan
tia tenui uel mediocri. Regula est. Vrina in colore
pallida uel subpallida uel subcitrina in substantia:
per totum spissa significat febrem interpollatam, ex
phlegmate naturali scilicet quotidiana. ¶ Pallida
cum tenui. Secũda regula est. Vrina in colore palli
da, uel subpallida in substãtia tenuis, significat do-
miniũ choleræ adustæ, & melancholiæ in natura-
lißima febre. ¶ Pallida subtenuis. Tertia regula.
Vrina in colore pallida uel subpallida tenuis medio
criter in substãtia, quotidianã signat de phlegmate
acetoso & indigesto. Pallida cui spissum. Quarta
regula. Vrina in colore pallida uel subpallida: in
substantia mediocriter spissa phlegmaticũ sanum si-
gnificat. ¶ Commentũ. Pallida cũ pingui. Post al.
colorem lacteũ & glaucũ & Charopos subiũgit ca
pitulũ de pallido colore. Et etiã per pallidũ colorem
cõprehendimus in ipsum pallidum & subpallidum
colorem secundũ coniugatiouem spisse substantiæ,
& tenuis & mediocriter tenuis quos sic debes colli
gere. Vrina pallida uel subpallida uel subcitrina,
pallori uicina, in substantia per totum spissa, signifi
cat quotidianam de phlegmate naturali. ¶ Re-
missa est in calore propter phlegmatis frigidita-
tem. Spissa uero propter humiditatẽ humoris phle
gmatici. Alia regula. Vrina pallida uel subpalli-
da in

da in colore et in substantia tenuis, significat dominium colere adustæ & melancholiæ innaturalis sine febre. ¶ Alia regula. Vrina pallida in colore & suppallida in substantia mediocriter tenuis, significat quotidianã de phlegmate acetoso indigesto, mediocri dico tendente ad digestionem. Omnis namq; materia in sui digestiõe inspissat urinã, preter phlegma uitreum quod ex sua digestione eam attenuat. ¶ Periodica frigora: id est, circulares reuolutiones uel accessiones, quia à frigore proueniũt. ¶ Phlegmate febrem. Id est, quotidianã de phlegmate naturali. ¶ Subtenuis. Id est. remissa tenuitate ut notet diminutionem. ¶ Pallida cui spissum. Alia ponitur regula de pallido colore, uel sub pallido. Vrina in colore pallida uel subpallida, in, substantia mediocriter spissa, sanum phlegmaticũ significat, & cetera huiusmodi.

¶ De colore subpallido sequente album uel lacteum uel glaucum uel charopos.

Si male disposito precedat corpore glauca.
Lactea, uel charopos, & pallida post uideatur
Signo palloris uires natura resumit:
Et redit ad propriũ uis digestiua tenorem.
In febre continua lenta, subpallida clara,
Pondus apostaseos in dextra parte futurũ,
Indicat, affectu constante, uigore uigente.
Si fluor absentet uentris, aut uiscera tẽptat.

Pallida, ſpumoſa, pinguis, liuens, cineroſa,
Paucula, fit peſtis ptiſicę nõ abſona teſtis.
Si fluor accedit mors intrat, uita recedit.
Crudor & emfraſis flux9 cõſumptio paucã,
Indicat urinam, ratio contraria multam.

¶ Expoſitio. *Si male diſpoſita &c. Alia regula, Procedente urina alba in colore lactea glauca uel Charopos, & urina pallida in colore ſubſequatur fortificationem caloris naturalis ſignificat. Et quod ipſa natura corporis reſumit uires ſuas. In febre cõtinua. Regula ſecunda. Vrina pallida uel ſubpallida in colore, in ſubſtantia tenuis & clara in febre acuta apparens, cũ bonis ſignis, ſignificat appoſtemata futurum ſub diafragmate in parte dextra. Si autem talis urina appareat malis concurrentibus ſignis, mortis periculum minaretur. ¶ Si fluor abſentet. Tertia regula. Vrina pallida uel ſuppallida in colore, ſpumoſa ſuperius cum quadam liuiditate oleagina, ſubcitrina, in quantitate pauca, ſolutione uentris circumſcripta ptiſim ſignificat. Si uero tali urina in ptiſi exiſtente ſuperueniat, fluxus mortale eſt ſecundum Hipocratem quinto anphoriſmorum. A ptiſi habito diaria ſuperueniens, mortale eſt. ¶ Crudor & emphraxis. In hoc loco aſſignat autor quatuor cauſas paucitatis urinæ. Et prima eſt cruditas materiæ. Secunda opilatio meatuum ut in ſtranguria. Tertia fluxus uentris. Quarta eſt conſumptio*

ſubſtan-

ſubſtantialis humiditatis. Et cauſæ iſtis contraria faciunt magnam urinæ quantitatē, & bona digeſtio, meatuū apertio, uentris cōſtipatio, & caliditas temperata non conſumens ſubſtantialem humiditatem. Omnia enim iſta faciunt ad multiplicationē urinæ. ¶ Commentū, Si male. Alia regula de pallido colore quæ aſsignatur ſecundū collationem pallidæ urinæ ad glaucā urinā alba lactea uel Charopos præcedente. Sunt enim quædā iudicia ſimplicia q̄bus quandoq; iudicatur de urina abſolute ſecundū ſubſtantiā & colorē, nō habendo reſpectum ad ſtatū precedentem, uel ad conſiderationē aliarū circunſtantiarū. Sunt etiā quædā iudicia electiua quādo habetur reſpectus præcedētis ſtatus, uel cōpletionis uel ætatis, uel aliorū ſimiliū. Hic ponitur iudiciū collationis, quia ſi corpore aliquo exiſtente diſtemperato in frigiditate, urina appareat lactea alba uel glauca, & poſt modicū tempus appareat pallida, ſignificat calorē naturalē reſumere uires, ut fiat trāſitus de indigeſtiōe ad principiū digeſtionis. Et de frigiditate ad cōfortationē caloris naturalis. Naturalis enim calor reſumit uires ſuas uel uidetur reſumere uires, uel ſignificatur reſumere eas. ¶ In febre cōtinua. In hoc cap. Alia ratio uel regula aſsignatur de pallido uel ſubpallido colore, quare ſic collige. Vrina pallida uel ſubpallida in colore, in ſubſtantia tenuis, clara, in febre acuta de phlegmate uitreo alijs bonis ſignis

concur-

concurrentibus, significat apostema futurũ sub dia fragmate. Quod urina sit pallida, cõtingit propter frigiditatem materiei: quod autẽ sit tenuis & clara contingit propter compactionem & cruditatẽ materiæ, ex quibus morbus prolixatur. Natura igitur prolixitate morbi aggrauata & stimulata, non potest cõuenientem & absolutã crisim eligere, ut purget materiam per fluxum sanguinis à naribus, uel per sudorem uel per fluxum uentris, uel per quancunq; aliam purgationem competentem, facit ergo quod potest tanquã fatigata. Sed si debilis esset natura, nec adsint aliqua bona signa nuncia, ut si alba appareat, uel uirtus esset debilis, tunc mortem minaretur. Sed quando sunt signa boni nuncia, sicut bonus appetitus, & robur uirtutis, & fortitudo mentis, & respiratio facilis, presumendum est quod in tali casu per talem urinam quod debeat fieri determinatio per apostema sub diafragmate. Natura nanq; licet sit fatigata, & materia sit cruda inquantum potest ad se &c. ¶Deliberandum nititur. Transmittit ergo materiam de nobilioribus membris ad minus nobilia, de principalibus ad minus principalia, scilicet ad dextrum hypochondriũ & ad idem præcipue, quia propter præsentiã hepatis quod est membrũ calidũ, & propter loci uacuitatẽ uiget ibi uirtus attractiua. ¶Pondus apostaseos. Id est apostematicã collectionẽ de graui & ponderoso humore.

humore. ¶ In dextra parte. Id est, in dextro hypochondrio sub diafragmate. Hæc regula elicita est ab Hipocrate in prognosticis circa finē partis primæ. Vbi dicit, acuta existente passione collectio si fuerit in hypochronordrijs &c. ¶ Affectu constante. Id est, bona appetitu cum alijs bonis signis. ¶ Cōstante uigore. Id est, figoroso parmanente. ¶ Si fluor absentet. Alia regula datur de pallido colore, per quem significatur pthisis. Regula sic colligēda est. Vrina pallida uel subpallida in colore spumosa superius cum quadam liuiditate oleagina, subcitrina, in quātitate pauca, solutione circunscripta, pthisim declarat quod si in pthisi tali existēte urina, superueniat fluxus uentris, mortale est iuxta aphorismum. Hyppocratis qui ait in quinta particula aphorismo rum, scilicet principium propè à ptisi habito diariarum, scilicet principium propè à ptisi habito diaria superueniens mortale est. ¶ Absentet. Quia talis fluxus uentris, ex humorum perturbatione & pauca humiditate redundante ad hepar posset apparere, & ideo excludimus fluxum uentris ad certitudinem specificationis. ¶ Pallida. Naturali calore debilitato circa nutritiua, quæ spiritualibus compatiuntur. ¶ Spumosa. Ex compressione uel compassione pulmōis, in quo triplex est causa spumositatis, scilicet impetus motionis, præsentia siue uiolentia ebullitionis, præsentia uentositatis. ¶ Pinguis. Id est, obeaginea, & magis in principio ex pinguedinis re

solu-

ſolutione. ¶Liuens. Ex infectione ſpirituum & pul uerulenta & ſpumoſa materia quæ per uenam con cauam redundans ad hepar ſanguinem inficit, & ſpiritum & ſanguinem corrumpit. ¶Ciceroſa. Ex partibus pulmonis reſoluit, puluis enim eſt ſubcine rei coloris. ¶Paucula. Ex conſumptione humorũ. ¶Peſtis ptiſice, Id eſt, peſtis qua corpus depaſcit. ¶Fluor. Id eſt, fluxus uentris. ¶Mors intrat. Id eſt, multiplicata conſumptione. ¶Crudor. In prædictis capitulis frequenter fuit poſita doctrina de paucitate urinæ, & ideo in hoc ca. cauſas paucitatis urinæ autor aſſignat, quæ ſunt quatuor. Prima cauſa, ſcilicet cruditas materiæ, ut in principio amphemerinæ. Secunda cauſa ἔμφραξις. Id eſt, opilatio meatuum, ut in ſtranguria λιθιασιῶς. Tertia cauſa eſt fluxus uentris, ut in dyſenteria, in qua egeſtio multiplicatur, & urina paucificatur. Quarta cauſa eſt conſumptio membrorum, ut in ptiſi. Humiditas namq; quæ expelli debet in multiplicatione urinæ à uiolẽtia caloris depaſcitur & annihilatur. quod maxime eſt ſignum in febre acuta mortale. Ex contrarijs ſignis urina multiplicatur, ſcilicet, ex digeſtione materiei, ut in ſolutione amphemerinæ tunc enim urina alba & tenuis & multa debet occurrere. Item ex emfraxi remota, uel uigore naturæ, et medicaminibus diureticis multiplicatur. Item ex uentris cõſtipatione uirtute attractiua uigente

in hepate, ut in habentibus calidum hepar & siccũ multa est urina, & etiam in diabeticis. Similiter propter multam attractionem succositatis ex crapula uel ex refectione copiosa multiplicatur urina, & in potantibus diuretica, & ea comedentibus multiplicatur urina. Item multiplicatur etiam urina ex septem causis. ¶ Prima ex multiplicatione cibi & negligentia exercitij. ¶ Secunda est multitudo humorum non coctorum, ex quibus multa resoluitur urina. ¶ Tertia est superfluitas critica. ¶ Quarta est consumptio totius corporis. Vnde corporis humiditate eliquata à corpore multiplicatur urina, ut in ectica. ¶ Quinta est diabetes. ¶ Sexta est usus diureticorum. ¶ Septima est paucitas ægestionum, & aliarum superfluitatũ. ¶ Pauca similiter fit ex. 7. causis. Prima est paucitas ciborum & nimium exercitium. Secunda oppilatio meatuum. Tertia acumen humorum cum urina, unde uesica pungitur & se exonerare nititur. Quarta est mortificatio uesicæ, & expulsionis defectus, unde uesica non uidelicet in attrahendo, neq; uidelicet in emittẽdo. Quinta est paralysis uesicæ, ut in senibus uel pinguibus et phlegmaticis dispositis ad paralesim. Nerui enim à multa humiditate remolliti non possunt urinam continere, donec colata sit, sed paulatim educitur. Sexta est calor immoderatus, interius in uenis consumens humiditatẽ corporis ut in acutis. Septima est

multitu-

multitudo ægestionũ, & aliarũ superfluitatũ, ut fluxus uentris & sudor nimius. ¶ Crudor. Id est, cru-*ditas materiei.* ¶ Emphraxis, *id est, oppilatio.* ¶ Fluxus uẽtris. *Id est, solutio ex consumptiõe membrorũ ut in ptisicis, & hoc est quod dicit autor.*

¶ *De colore citrino.*

Est multis tenuis citrina referta figuris,
Phlegmaticum iuuenem, uel quem niger afficit humor,
Cõdẽnat triteo, duplici senis impedit ãnos.
Cõtinua puerũ, iuuenẽ cui fel dominatur.
Portendit sanum proprio caractere signat.
Talem constituit quartana planetica febris.
Autumno potius, & subbrumalibꝰ horis.
Thoracis, splenis, hepatis delicta fatetur.
Pectoris offensam se iunctis obsita granis.
Splenem, si multis radijs uirgata coruscant.
Siccũ demõstrat hepar cũ largo fusa liquore,
In febre continua sub morbi lumine talis.
Prolixando malum fert detrimenta uigoris
In medio frenesim mõstrat, sub fine duelli,
Designat critice firmari fędera pacis.
Phlegmatis & cholerę quem conficit unio reddit.
Citrinam tenuem citri cõterminus humor.
Plus tenuem crudus, tenuemque minus resolutus.

Intenſam cũ febre magis ſiue febre remiſſã.
¶Expoſitio. Eſt multis tenuis. ¶Poſtq̃ determinatum eſt de colore pallido. Hic agit autor de colore citrino & ſubcitrino ſecundum copulationem cũ tenui ſubſtantia & mediocri, unde urina in colore citrina uil ſubcitrina cum tenui ſubſtantia uel mediocri multa poteſt ſignificare. Et hoc ſecundum diuerſitatem ætatum, complexionum & ſexuum diuerſa, & diuerſa habet ſignificare. Vnde urina talis in iuuene phlegmatico uel melancholico ſimplicem ſignificat tertianam. ¶Duplici. Secunda regula, eadem urina apparens in ſene tertianam duplicem ſignificat, ¶Continua puerum. Tertia regula eadem urina, ſcilicet citrina tenuis apparens in puero ſignificat continuam, puer intelligitur hic uſq; ad. 14. annos, ¶Iuuenem cui ſemel. Quarta regula prædicta urina in iuuene cholerico apparente cũ pura & æquali ſubſtantia, potes ſanum cholericum iudicare. ¶Talẽ cõſtituit. Quinta regula eadẽ urina apparẽte & præcedẽte, & præcipue in tẽpore autũnali uel hyemali, & ſuper longo tempore quartanam erraticam iudicabis: unde ſciendum q̃ talis urina apparet in die poſt acceſſionem, quia quamuis de melancholia naturali debeat apparere diſcolorata, tamen quia febrilis caliditas accenſa fuit in materia, colorem recipit, & ſic apparet citrina uel ſubcitrina. ¶Thoracis. Iſta eadem urina ſignificat
uitium

uitium pectoris splenis & hepatis, & sic distingue. Pectoris, quia urina fit citrina cum tenui substantia, Sed magis tenuis in superiori regione, & maxime cum granis & ampullulis, apparente indicat super pectoris uitium, & stricturā ratio huius sufficienter traditur in commento, ¶ Splenis. Eadem etiam citrina uel subcitrina in colore, tenuis in substantia, & multum clara radiosa uel uirgulata spleneticam significat passionem. Ista etiam urina potest significare hemoroidā passionem. ¶ Sicut monstrat. Vrina citrina & tenuis multa in quantitate cum macilētia corporis ac siccitate, & uentris constipatione, tunc hepar distemperatum in siccitate indicabit, ratio huius uero sufficienter traditur in commento. ¶ In febre. Alia regula urina eadem citrina & tenuis, apparens in febre continua & acuta, Et hoc in principio, significat materiæ cruditatem, & sic morbi longitudinem. Et ideo timendum est merito de uirtute ne deficiat. ¶ In medio. Tali etiam urina si appareat in febre continua & acuta in medio, scilicet, ægritudinis, & præcesserit urina rubea uel subrubea, nec facta sit aliqua purgatio critica supra frenesim ex raptu materiæ superius ad cerebrum iudicabis. Sed si facta fuerit aliqua purgatio critica, & talis appareat, tunc supra alleuiationem infirmi, & eius conualescentia ab ægritudine iudicabis. ¶ Phlegmatis & choleræ, Regula urina ci=

trina cum tenui ſubſtantia choleram citrinam signi-
ficat abundare. ¶Notandum eſt q; cholera citri-
na generatur ex cõmixtione choleræ rubeæ & phle
gmatis naturalis, unde ex albedine ipſius phlegma-
tis rubedo choleræ remittitur, & ſic efficitur color
citrinus, & ex ſpiſsitudine ipſius phlegmatis chole-
ræ tenuitas remittitur, et ſic generatur cholera citri
na, ut dictum eſt, & ex admixtione iſtius choleræ ci
trinæ in urina redditur minus colorata & minus te
nuis quàm ex admixtione choleræ rubeæ naturalis.
¶Plus tenuem, Iſta cholera citrina aut eſt digeſta
aut indigeſta. Si digeſta, tunc reddit urinam minus
tenuem, quia ſui digeſtione urina aliqualiter inſpiſſa
tur. Si uero illa cholera citrina ſit indigeſta, tunc
reddit urinam magis tenuẽ, quia propter ſui indige-
ſtionem non reſoluitur aliquis humor groſſus cum
urina, qui ipſam urinam poſſet inſpiſſare uel redde-
re magis ſpiſsam. ¶Intenſam. Si illa cholera citri-
na accendatur & inflãmetur caliditate febrili, tunc
ipſa urina magis intenditur in colore. Si uero ſine fe
bre urina remittitur. Et illa ſufficiant de illo colore
citrino, ¶Talem conſtituit. Nota q; ſi urina citrina
apparuerit in autumno, quando pruinæ cadunt, ta-
lis poteſt ſignificare quartanam, & hoc dico erra-
ticam, & dicitur planetica, quia tenet modum quo-
rundam Planetarum, ſicut Martis, Mercurij, Iouis,
Veneris. & Saturni. ¶In febre continua. Nota q;
talis urina

talis urina, scilicet, citrina & tenuis apparens in principio continuæ fe. significat longitudinem ægritudinis, qua terminabitur ad mortem. Si autem appareat in medio siue in statu ægritudinis significat raptum materiæ ad frenesim faciendam. In fine autem ægritudinis apparens bonam determinationem ipsius ægritudinis significat sanitatem. ¶ Cõmentũ. Est multis tenuis. ¶ Post pallidũ colorem agit autor de citrino uel subcitrino secundum coniugationem eius cum tenui substantia, & etiam cum mediocritate tenui. Vrina citrina in colore, tenuis in substantia per totum ad diuersa æquiuocatur, & signa per diuersitatem complexionum sexuũ & ætatem, aliud & aliud habet significare. Nam in iuuene phlegmatico si talis appareat significat tertianã simplicem, non enim est accommoda phlegmaticæ complexioni, cum in phlegmatico sano debeat esse pallida uel subpallida, cum pura & æquali substantia & mediocri. Quod ergo appareat citrina contra legem complexionis, significat excessum caloris & cholericam accensionem. Nam si phlegma accenderetur ut faceret febrem, substantiam inspissaret & colorem remitteret. Si melancholia esset in ea, quamuis substantiam attenuaret colorem tamen non intenderet. Si uero esset in ea sanguis, substantiam inspissaret, & talis color intensior esset. Sequitur ergo quód talis urina alijs circunstantijs

circunſcriptis in phlegmatico corpore & in melan colico ſignificat tertianam ſimplicem. In ſene autē talis apparens ſignificat duplicem, tertianam & maxime, in phlegmatico uel melācholico, quia tum ex ætate tū ex complexione magis diſtat ab eis natura. Et ideo diſtemperantiā maiorem portendit cum in ſene phlegmatico uel melancholico debet eſſe alba uel lactea propter defectum naturalis caloris. Si uero in puero talis appareat uſq; ad. 14. annos febrem in eo, ſignificat continuam, licet enim in pueris debet eſſe colorata & ſpiſſa ex ætate, tamē quia meatus ſunt anguſti nō poſſunt ſic humores emitti quorum admixtione, cum urina fit coloratio & cuius inſpiſſatio remanet ergo diſcolorata, quam re parum colorata in puero, maius ſignificat malum quam multum colorata in iuuene. Eſt etiam diſcolorata in pueris propter inordinatam dietam ciborum & potuum ſuſceptionem & propter guloſitatem. Item urina citrina & tenuis cum pura & æquali ſubſtantia ſanum ſignificat cholericum. Eadem longo tempore procedente & maxime autumno uel hyeme, deſignat erraticam uel quartanam, & talis apparet poſt diem acceſſionis, licet enim de melancholia naturali debeat eſſe diſcolorata. Tamen ex febrili diſtemperantia accenſa materia occurrit citrina uel ſubcitrina. Item urina citrina cū tenui ſubſtātia magis tenuis in ſuperiori

parte

parte & præcipue cum ampulis & granis significat uitium thoracis & pectoris stricturã, & quandam præparationem ad phtisim. Phisicam seu theoricam sic collige, scilicet quod sit tenuis cum tali colore non ex caliditate, quia color intensior esset si sic distemperantia caliditatis ingeret. Non est tenuis ex frigiditate, quia intensio frigiditatis eam potius dealbaret humiditas non reddit eam tenuem, quia potius inspissaret. Fit ergo tenuis ex siccitate. Unde distemperantia siccitatis insinuatur in corpore, & maxime quia circa pectus & thoracem membra sunt sicca & ossuosa, & ideo aduenięte distemperantia simili maxime læduntur sicut ex cõtrarijs iuuantur. Quod autem sit magis tenuis superius inde maior desiccatio circa thoracem ostẽditur: quod si ampullosa appareat & granulosa, thoracem ex angustia & siccitate magis affligi significat. Item citrina uel subcitrina in colore, in substantia tenuis limpida multũ et clara. Si fuerit quasi uirgulata & fenestrata splenetică passionẽ signifi. unde illa uirgulatio fit, superius dictũ est. Talis etiã urina potest significare uitium condylomatũ & hemoroidarum. Item urina citrina & tenuis multa in quantitate, cum siti & macilentia corporis, & constipatione uentris, significat distemperãtiam hepatis in siccitate, hepar namq; siccum multum attrahit de succositate ab intestinis, unde urina multiplicatur, dolor

adest in dextro hypochondrio, & uidetur patienti quod quasi quoddã phlegma ad guttur suum ascendat ex calido, & fumo superius respirãte. Item urina citrina & tenuis in febre acuta in principio apparens, significat cruditatem materiei, ex cruditate prolixitatem morbi. Et ex prolixitate defectum uirtutis minatur, unde timendum est ne matura deficiat in uia. Si uero in medio morbi, & statu talis urina appareat, præcedente rubea uel subrubea nõ facta aliqua purgatione critica phrenitidem significat ex raptu materiei ad cerebrũ. Sed si procedente critica determinatione urina citrina & tenuis appareat, tunc alleuitationem patientis significat, & conualescentiam infirmi, & declinationem morbi. Littera plana est. ¶ Figuris. Id est, significationibus. ¶ Niger humor. Id est, melancholia. ¶ Triteo. Id est, tertiana simplici. ¶ Duplici. Scilicet tertiana. ¶ Impedit. Id est, inuadit. ¶ Fel. Id est, choleram. ¶ Caractere. Id est, dispositione. ¶ Quartana. Id est, de malancholia naturali, post diem accessionis. ¶ Planetica. Id est, erratica. ¶ Autumno &c. In quibus frigidi humores impetum faciunt. ¶ Lumine. Id est, in principio in medio & in statu. ¶ Sub fine duelli. Id est, crisi celebrata. ¶ Phlegmatis et choleræ. Alia regula proponitur de urina citrina cum tenui substantia, scilicet, quia talis urina significat choleram

abundare

abundare citrinam quæ generatur ex commixtione rubeæ choleræ et phlegmatis naturalis, frigiditate & humiditate phlegmatis remittitur calor choleræ & ſiccitas. Spiſſitudine phlegmatis remittitur choleræ tenuitas. Albedo phlegmatis ruborē choleræ remittit, & ita fit cholera citrina, ex qua redditur urina minus colorata & tenuis quàm ex cholera rubea naturali. Sed cholera citrina, alia eſt digeſta, alia eſt indigeſta. ℂ Ex cholera citrina indigeſta urina redditur, ſubcitrina & multum tenuis: Et hoc ideo, quia cum ſui indigeſtione repugnat naturæ expellenti, non emittitur aliquis groſſus humor cum urina, cuius admixtione urina poſſit inſpiſſari. Ex cholera citrina digeſta fit urina ſubcitrina & mediocriter tenuis, quia cum cholera citrina digeſta non repugnet expulſioni, tunc aliquis groſſus humor cum urina emittitur, unde à tenuitate immittitur. Si uero accendatur cholera citrina cum diſtemperantia febrili, tunc urinam reddit magis intenſam in citrinitate. Sine febre uero reddit eam remiſſiorem. Cholera uittellina diſponit urinam remiſſiorem quàm cholera citrina & minus tenuem, quia fit excommixtione uitrei phlegmatis & choleræ rubeæ. Quæ uero accidentia ſequantur ex cholera citrina uel uitellina ex alijs humoribus in libro noſtro, de ſympomatibus dicetur. ℂ Humor citri contermimus. Id eſt,

qui

qui aßimulatur malo citrino in colore. ¶ *Vnio phlegmatis & colore: Id est commixtio.* ¶ *Cõficit. Id est constituit talem humorem.* ¶ *Reddit scilicet urinam citrinam in colore & tenuem in substantia. Sed distingue, quia crudus, id est, quando est indigestus reddit eam plus tenuem, quia magis resistit expulsioni.* ¶ *Resolutus. Id est digestus, reddit eam minus tenuem, quia idem resoluitur & purgatur cum urina & cum febre, quia tũc materia incenditur sine febre, quia febrili acceßione remota calor materiæ antecedens lentescit.*

De ruffo colore & subruffo,

In ruffum uergẽs puri color ęmulus auri,
Aequalis, purus, medius, cui se liquor unit
Corporis eucratiti ualidos denũciat actus.
In puero, iuuene, sene, phlegmatico, mĺiere
Ruffa manens, tenuis, notat hęc incommoda febris,
Continuã, triteum, duplicem. Sed tempore longo,
Hepatis offensam uel febrem quadriduanã.

¶ *Expositio. In Ruffum. Determinato de calore citrino & subcitrino, consequenter agit hic de colore ruffo & subruffo, scilicet in similitudinem auri puri. Regula. Vrina ruffa uel subruffa in colore cum pura & æquali & mediocri substantia, corpus eucraticum significat, id est, optimæ complexionis, &*

hoc

hoc habetur à Gal. in principio de crisi. iii. c. de urina. Ratio huius est, quia cum corpus eucraticum sit in hypochondrio temporamento urina existens in tẽperato habet ipsi attestari, quia color ruffus medius inter colores, significãtes excessum in frigiditate & excessum in caliditate. Et etiã substantia urinæ, media est inter tenuitatem & spissitudinẽ, & ita significatur temperamentũ in siccitate & humiditate. Et ista est sententia, trium priorum uersuũ. ¶ In puero. Alia regula de ruffo calore cũ substantia tenui, & habet tria membra, & sunt ista. Quotienscunq; uidebis talem urinã ruffam, uel subruffam in colore, & tenuem in substantia in puero iudica febrem cõtinuam, in iuuene iudica simplicẽ tertianã, in sene & phlegmatico & muliere iudica duplicem tertianam. ¶ Sed tempore longo. Id est, si talis urina apparet lõgo tempore præcedente, nec adsit feb. calefactionem hepatis iudicabis. Sed si sit febris, tunc illa febris est quartana, & maxime in autumno et hyemæ. ¶ Commentũ. In ruffum uergẽs. Post citrinum colorem agit autor de ruffo colore, & subruffo secundũ coniugationẽ tenuis substantiæ et spissæ, uel mediocriter tenuis uel mediocriter spissæ. Et primo ostendit quæ sit, urina eucratici corporis, & eucratici coloris urina namq; ruffa uel subruffa in colore auri & æqualis & mediocris in substantia, corpus eucraticũ significat. Designat nãq; tempe=

temperantia humorum, & æqualitatem. Et talis co lor fit propter temperantiam caliditatis & frigiditatis, & talis ſubſtantia fit propter temperantiam ſiccitatis & humiditatis. Vel aliter ex calidis humoribus urina fit colorata, ex frigidis diſcolorata, ergo ex temperantia eorũ, ex æquali cõuenientia nec colorata, nec diſcolorata apparet, ſed potius ruffa cum quadam rutilantia & claritate, tanquam aurum eurizon qui color æqualiter diſtat ab extremis. Et ſicut eſt medius, ita & mediocritatem deſignat. Ex ſiccis humoribus urina attenuatur, & ex humidis inſpiſſatur, ergo ex æquali conuenientia & concurſo eorum, fit urina in ſubſtantiæ mediocris, ut magis uergat in tenuitatem quàm in ſpiſſitudinẽ. Equalitas ſubſtantiæ, nulla ſignificat in corpore fieri perturbationem. Nam quibus urinæ diſtantes ſunt ijs humorum in corpore, fit perturbatio. Puritas ſubſtantiæ quando ſcilicet, non eſt obſcura nec obumbrata, nec fæculenta, ſignificat naturalis caloris fortitudinem ualentis humorem depurare quod ſi ruffa ſit in calore, & mediocriter ſpiſſa cũ pura & æquali ſubſtantia ſanum ſignificat, ſaguinem & temperantiam humorum ſignificat. Sed inæqualitatem humorum, quia ſignificat dominium ſanguinis. ¶ Color urinæ uergens in ruffum. Id eſt, expreſſe ruffus uel æmulus ruffedini. ¶ Puri auri. Id eſt. ſimilis puri auri. Id eſt, eurizon, &

dicitur

dicitur eurizon ab eu quod est bonum & rizon quod est aurum, inde eurizon, id est bonum aurum, quia auro bonæ radicis assimulatur, non auro alezca, uel aluca ueniente quod est pallidum. ¶ Cui. Id est, colori prædicto. ¶ Se unit. Id est. copulat & associat. ¶ Liquor. Id est, substantia. ¶ Aequali scilicet sine aliqua perturbatione, & non est distans secundum omnes sui partes. ¶ Purus. Ab omni nebulositate. ¶ Medius. Id est, mediocris inter extremitates. ¶ Talis inquam, scilicet color. ¶ Denunciat. Id est, exprimit. ¶ Validos actus, Id est, perfectam operationem uirtutum ex temperantia & æqualitate humorum corporis præcedente, non cuiuslibet, sed eucratici bene temperāti. ¶ In puero iuuene &c. Alia ponitur regula de ruffo colore cum tenui substantia, quia in puero significat febrem, continua significat in iuuene. ¶ Triteum. Tertianam simplicem. Sed in sene phlegmatico & muliere, significat duplicem tertianam. ¶ Tempore longo. Præcedente febre circumscripta, significat offensionem hepatis, id est, calefactionem. ¶ Febrem quatriduanā. Id est, quartanam notham significat, si diu talis urina supradicta appareat cum febre, & hoc scilicet maxime habet ueritatem in autumno & in hyeme. Rationes uero horum accidentium causa breuitatis pertransimus, quia in capitulo de colore

citrino

citrino de ijs sufficienter explanauimus.

¶ *Alia regula de colore ruffo.*

Principio causę dū sūt noua semina morbi
Ruffa, parum tennis, cuius summā regionē
Nubes rara tenet, motu generata caloris,
De salso typicā succēdit phlegmate febrem.
Sed triteū morbo iam procedente figurat.
Spissa parū iā nō triteū, magis induciosam,
Indicat ex salso, uel dulci phlegmate febrē.
Phlegmatis at salsi mordax exuberat humor
Et sine febre furens enormes excitat actus,
Extremas pūgēs feruoris, acumine partes.
Si subruffa parum tenuis, nec nubila fiat,
Et talem seruet constanti tempore formam,
Hydropiceo talis portenditur exitialis.

¶ *Expositio. Principio causæ.* ¶ *Hic datur alia regula de colore ruffo cum substātia mediocriter tenui, & est scilicet urina ruffa, in colore & mediocriter tenui in substātia in principio passionis nebulosa & umbrosa ex motu caloris per resolutionem fumositatis, significat febrem interpollatā de salso phlegmate. Sed ægritudine iam procedente, significat tertianam. Vnde sciendum est, quod si à principio morbi urina magis accedat ad spissitudinē quā ad subtilitatem, tunc sine dubio significat quotidianam, solum interpollatam supra de phlegmate salso uel dulci, de salso si accedat ad spissitudinē. De dulci si incipiat inspissari. Et ista est sententia. 7. uersuum.*

ſuum: uſq; ibi phlegmatis at ſalſi. Alia regula. Vrina ruffa in colore cum mediocri tenui ſubſtantia, non ſuperius obumbrata, cum impura & inæquali ſubſtantia phlegma ſalſum, ſignificat abundare ſine febre. Debet tamen iſta urina in ſuperiori parte eſſe magis ſpiſſa, urina iſta redditur in colore medio mediocri, ſcilicet, ſubruffa, quia pro mediocri calore ipſius phlegmatis ſalſi mediocris fit ebullitio, & ſic mediocris color fit, non obumbrata, quia non eſt ibi febris, inæqualis eſt ſubſtantia, quia ex phlegmate debet eſſe ſpiſſa & ex ſiccitate, quia ſalſum debet eſſe tenuis, & ſic ex utraq; redditur inæqualis, ſcilicet ſuperius & tenuis inferius. Et ideo notandum eſt ꝙ ex iſto phlegmate ſalſo & mordicāte & abundante attrahitur ad extremitates, ſcilicet manus & pedes, & hoc ratione mobilitatis iſtarum partium. Vnde urina aliquotiens ſignificat pruritum per totum corpus uniuerſaliter, & aliquando particulariter, ſi ergo per totam urinam appareant reſolutiones, tunc per totum corpus uniuerſaliter ſcabies iudicatur. Si uero in ſuperiori parte urinæ, tunc in ſuperioribus membris pruritus & ſcabies ſigni. in media regione urinæ, tunc iudicium eſt nutritiuorū membrorum. Si uero appareant in infima regione, tunc ſcabies & pruritus pedum tibiarum & coxarum ſignificatur. ¶ Si ſubruffa. Si talis urina ſubruffa in colore, parū tenuis in ſubſtantia, ſine nebu-

 loſitate ap-

lositate appareat per longum tempus in hydropico, tunc significat destruxionem & mortem, sic dicetur in commento, & hoc conuenit Hippo. in prognosticis, dicit enim, omnis namq; hydrops &c. in Theophi.. ¶ Commentum. Principio causæ. Alia regula de ruffo colore cum substantia mediocriter tenui. ¶ Dum sunt noua semina morbi, id in principio passionis, dum passio adhuc est noua & tenera. ¶ Ruffa in colore. ¶ Parum tenuis. Id est, à tenuitate remissa. ¶ Nubes rara. Id est, nebulosa quadam umbrositate motu caloris per resolutionem fumositatis generata. ¶ Typicam. Id est, interpollatam. ¶ Triteum. Id est, tertianam. ¶ Morbo accedente. Id est, iam materia digesta. Sed si à principio appareat parum spissa, id est, magis accedens ad spissitudinem q̃ ad tenuitatem, iam non significat nisi quotidianam, & sublata est æquiuocatio tertianæ. ¶ Inducio sam. Id est, interpollatam de salso phlegmate si accedat ad spissitudinem. ¶ Vel dulci. Si in spissa incipiat. ¶ Phlegmatis at salsi. Ponitur regula de ruffo colore cum mediocriter tenui substãtia, quam sic collige. Vrina in colore subruffa, & in substantia mediocriter tenuis, & non superius obumbrata, cũ impura & inæquali substantia phlegma salsum sine febre sig. abundare. Sed in superiori parte debet esse magis spissa, & ex æqualitatibus phlegmatis salsi urina redditur in colore mediocris, scilicet, subruffa

quia pro

quia pro mediocri calore phlegmatis mediocriter fit ebullitio, & pro mediocri ebullitione fit mediocris, & non est obumbrata, quia non est accensio febrilis caloris, inæqualis est in substantia, quia ex phlegmate debet inspissari, & ex siccitate attenuari, ergo pro utraq; redditur inæqualis substantia, scilicet superius, & inferius tenuis. Spissa est urina superius, quia cum ipsa urina effunditur aliquid spūs & fumositatis, & quod leue est de natura petit superiora, quod uero in urina est subtile per spiritus ascendit & perforatur ab illis, quod uero superius est natat per urinam, impellitur ergo ad superficiem materia, & inspissatur urina. Item ex mediocri calore illius phlegmatis aliqua fit ebullitio, & per eā aliquæ partes resoluuntur ex humore, quæ leuigatæ & inspissatæ petunt superficiem. ¶Mordax, id est, mordicans membra & pungens propter cholericā infectionem. ¶Enormes actus, id est, pruritum & scabiem. ¶Extremas partes. Sicut manus & pedes & crura. Ad istas enim partes ratione mobilitatis potius attrahuntur & pelluntur superfluitates. Sed distingue, quia quandoq; urina significat uniuersalem pruritum multum totius corporis, quādoq; particularem, ut in supremis partibus, uel in infimis uel in medijs. Si ergo appareāt resolutiōes in suprema parte urinæ, tūc superiorū partiū significatur pruritus. Si in media nutritiuorū. Si inferius, coxarum

 crurum

crurū & pedū. Si autē per totam urinā appareant resolutiōes, totius corporis scabies et pruritus iudicantur. ¶*Subruffa. Id est, parū tenuis, quia sine fe.* ¶*Non nubila. Id est, nō nubilosa.* ¶*Cōstanti tempore. Vt propter perseuerantiā malitia designetur.* ¶*Hidropico. Id est, leucophlegmatico.* ¶*Talis. Id est, ruffa uel subruffa.* ¶*Portenditur exitialis. Id est, fenesta & pernitiosa, quia febrem significat accendi in humoribus facientibus hydropisim, qui cum multi sint, prius comsumitur, subtilis humiditas calore febrili q̄ ipsi recipiant aliquam diminutionē. Omnis namq; hidrops in acuta ægritudine malum, ut dicit Hipo. in prognosticis. Infestatur enim patiens fe. grauedine & dolore, & triplex funiculus difficile rumpitur, & ideo exitialis, id est, mortalis est in hidropico talis urina, quia significat speciem hidropisis incurabilem, scilicet ascitem & timpanitem. Itē habetur apud Theophilum dicentem, urina ruffa in hidropico mala, quemadmodum aquosa utilis.*

¶*De ruffo colore cū substantia mediocriter spissa.*

Ruffa, parum pinguis, retinens umbracula
nubis.
Indicat accendi febrem de phlegmate dulci.
Infra subsistens color, & substantia constet.
Phlegmatis excessus dulcis, sine febre notat̄
Ruffa, parū pinguis, tenuis uel liuida cōstās
Mēbra quib⁹ fiūt spiramina? flegmate dulci

Vel sal-

Vel falso monstrat, certa ratione grauari.
In muliere magis portendit proba monerę
Si color est ruffus, pinguis substãtia febrẽ.
Signat continuã de phlegmate uasa tenentẽ
Si sit causa recẽs, & summũ liuor obũbret.
Aut minor innuitur, aut pleuresis insinuat
Si uetus, ascites magis, aut empyema notat.
Debile reumatica membrũ turbante quęrela
Disponi poterit pinguis, ruffiq; coloris.
Si spumosa magis fiat cinerisq; coloris,
Aemula distincte liuens, subruffa remissa.
Ad loca pulmonis morbꝰ lateris peregrinat
Pinguis, ruffa parũ liuens, oleagina crinis.
Obsita sit febris ethice ligata fidelis.

¶ Expositio. *Ruffa parum. Postq̃ determinatum est de ruffo colore cum tenui substantia, & mediocriter tenui.* Hic *datur regula de ruffo colore cum substantia mediocriter spissa.* Regula *est ista.* Quandocunque *uidebis urinam in colore ruffam : in substantia mediocriter spissam & superius obumbratam, cum non pura & inæquali substantia, iudica quotidianã de phlegmate dulci.* ¶ *Infra subsistens. Si autem color remittatur & sit subruffus, et remaneat substantia mediocriter spissa, tunc significat abundantiam phlegmatis dulcis sine febre.* ¶ *Ruffa parum pinguis.* Alia *regula.* Quotienscunque *uidebis urinam ruffam in colore in substantia mediocriter tenuem*

uel spissam, & sit in superiori parte liuida lõgo tem pore talis perseuerans, significat phlegma dulce uel salsum in spiritualibus abundare. ¶ In muliere. Si talis urina appareat in muliere, hic color significat matricem prægrauatam ex phlegmate salso uel dulci, quia quidam meatus cõmunes sunt uijs urinalibus & matrici. Et tunc apparent in urina quædam resolutiones, quandoq; albæ, quandoq; nigræ squamosæ, & non distinguitur liuiditas in urina, nisi cũ manus appositione, propter hoc, quia ruffus color impedit, & tunc cũ in matrice materia est cõtenta adest dolor in dextro hypochondrio cum inflatione quadam & extensione. ¶ Si color est ruffus. Alia regula de ruffo colore cum substantia per totũ spissa, & est ista. Quandocunq; uidebis urinam ruffam uel subruffam in colore, & in substantia per totum spissam, obumbratam & obscuram sine liuiditate, tunc iudica febrem continuam de phlegmate naturali intra uasa putrefacto &c. ¶ Si sit causa recens. Alia regula. Quotienscunq; uidebis urinam ruffam in colore, in substantia per totum spissam liuidam superius manu opposita sine resolutiõibus furfureis tempore pauco procedentem, minorem hemitriteum iudicabis. Est autem minor hemitriteus secundum quod uult autor sequens Petri musandini autoritatem ex cholera putrefacta extra uasa ex phlegmate intra. Ex cholera urina debet colorari, & ex

phlegmate

phlegmate discolorari pro eorum mixtione cum uri na. Et ita ex utroq; reducitur ad medium colorem, scilicet, ruffum uel subruffum. Liuida est ista urinæ superius propter humoris corruptionem. Et quia humor corruptus est paucus, & etiam rubedo uri= næ impedit, non apparet liuiditas nisi opposita. Hæc sunt accidentia quæ concomitantur, scilicet, frigidi tas extremitatum ad horam uespertinam, unde licet cholera dominium habeat à tertia hora diei, tamen propter phlegma putrefactum à motu proprio re- tardata, legem ipsius phlegmatis sequitur, & hoc scriptū est in cōmētū. ¶ Aut pleuresis. Alia regula. Vrina ruffa in colore, in substātia per totū spissa, li uida superius & turbulēta in recenti tēpore signi. pleuresim. Et est sciendū qd' pleuresis, ut uult Gale. in. 2. de crisi. quatuor sunt accidentia sibi propria. Vnū est dolor lateris pungitiuus, secundū est febris cōtinua: tertiū est tussis indeficiens: quartū est diffi cultas inspirādi. Quæ uero sit differētia inter urinā significantē minorē hemitriteū, & urinā significan tem pleuresim, satis habetur in cōmento. ¶ Si uetus ascites. Alia regula. Vrina ruffa & superius liuida longo tēpore procedente, significat hydropisim asci tum uel empiema cū dyspnœa. ¶ Debile. Vrina ruf fa in colore in substantia spissa, superius liuida & granulosa sig. materiā reumaticam ad membra de- bilia descendentem, & apostema facientē, puta sub alis, & in inguinibus, & etiā in mēbris generatiuis

in quibus propter plurimam neruositatem uiget sensibilitas doloris. & omnis dolor exacuit reumá, ut uult Galenus. ¶ Si spumosa. Alia regula. Vrina sub ruffa in colore à media regione superius distincte liuens, & quasi subcinericia multum spissa uel spumosa in pleuresi, præcedente ruffa intensa significat conuersionem pleuresis: in peripneumoniam. Fit autem in urina subruffa per translationem materiei à loco sensibili ad locum quasi non sensibilem, scilicet membrum phlegmaticum uidelicet pulmonem.

¶ Pinguis ruffa parum. Alia regula. Vrina ruffa in colore, in substantia spissa, magis tamen superius q̃ inferius opposita manu in superficie liuida et oleagina cum crinoidibus & resolutionibus multo tempore procedente, significat tertiã speciem hecticæ. ¶ Cõmentũ. Ruffa parũ. Expeditũ est de ruffo colore cũ tenui substãtia, uel mediocriter tenui. Nũc aũt proponitur regula de ruffo colore cũ mediocriter spissa substantia, quasi incipiente inspissari, quæ sic collige. Vrina ruffa in colore, mediocriter spissa in substantia, superius obumbrata, cũ nõ pura & inæquali substantia, significat quotidianã de phlegmate dulci. Si autẽ sit subruffa, manente eadẽ substãtia significat abundantiã phlegmatis dulcis sine febre. Et distingue, scilicet quod illud phlegma dulce habet immutare urinã duobus modis, scilicet substantia uel sui admixtione, & tunc cũ fit illud phlegma album &

bum & spissum, reddit eam, scilicet urinam albam & spissam, minus tamen albam quàm phlegma naturale, & magis spissam q̃ phlegma salsum, cùm maiori humiditate participet, quia qualitatibus sanguineis est infectum. Item phlegma dulce immutat urinam ex qualitatibus suis, & reddet eam ruffam & subruffam & spissam pro mediocri calore suo, ex quo mediocris fit ebullitio, & ex mediocri ebullitiõe cõtingit mediocris color. Est spissa propter humiditatem. Est inæqualis substãtiæ, quia nõ est æqualiter spissa per totũ. Spissa significat fieri perturbationẽ ex qua perturbatione generãtur fumositates multæ & uẽtositas emissa cũ urina diuellit, & impellit humores p̃ urinã, & per idẽ fit inæqualitas substãtiæ, cũ magis impellatur de humoribus in una parte q̃ in alia impuritas substãtiæ, sig. defectũ caloris naturalis nõ ualentis depurare urinã, quæ sunt accidentia dulcis phlegmatis uel salsi in libro nostro de symptiomatibus requiras. ¶Parũ pinguis. Id est, mediocriter spissa, quasi remissa accedens ad spissitudinẽ aut incipiens inspissari. ¶Infra subsistens. Id est, ruffa uel subruffa. ¶Ruffa parũ tenuis. Alia ponitur regula de ruffo colore cũ mediocriter tenui substãtia, uel mediocriter spissa, quæ sic colligitur. Vrina ruffa in colore, in substantia mediocriter tenuis uel spissa, longo tempore liuida perseuerans, in superiori parte phlegma salsum uel dulce in spiritualibus

 existens

existens in pinguibus abundare significat. Si medio criter tenuis sit urina fit de dulci phlegmate. Si me diocriter sit spissa & adsit febris, fit de materia in spiritibus cõtenta. Sed phlegma salsum uel dulce in spiritualibus existẽs, ex calore eorum & modo ebul litionis corrumpitur facile, ergo reddit eam per to- tam liuidam. Sed liuiditas illa propter colorem uri- næ ruffæ uel subruffæ non est præceptibilis nisi facta manus appositione, & tunc debent hæc accidentia concomitari, scilicet tussis, strictura pectoris, & an gustia respirandi. Si talis appareat in muliere, hic color significat matricem prægrauari à salso phleg mate uel dulci. Habet namq; matrix cõmunes mea- tus cum uijs urinalibus, & tunc adsunt quædam re solutiones, quæ sunt quandoq; nigræ squamosæ, & non est distinguendum de liuiditate nisi cum manus appositiõe. Et adsunt etiã hæc accidẽtia cũ materia in matrice, continetur scilicet dolor in dextro hypo chõdrio cũ extensione & inflatione quadã. ¶ Con- stans. Id est, permanens diu talis. ¶ Quibus fiunt spiramina. Id est, mẽbra spiritualia quæ deseruiunt spirationi. ¶ Probra monetæ. Id est, uitiũ matricis ex repletione superfluitatum. Matrix moneta dici- tur motaphorice, quia sicut super incudem moneta cuditur, sic in matrice fetus monetatur Matrix ple rumq; oneratur ex phlegmate salso ibi existẽte præ ter naturam & corrumpitur, & redundans per ue

nam

nam concauam ad hepar ſanguinem inficit, & per meatus urinales redundans ad ueſicam urinam inficit, & liuidam reddit ex ſui admixtione. Sunt autem meatus urinales coniuncti & alligati matrici, & tunc apparent quædam reſolutiones quandoq; albæ, quãdoq; nigræ & ſquamoſæ, nec diſtinguitur liuiditas niſi appoſita manu, quia ſubruffo colore deliteſcit, hæc accidẽtia debent adeſſe, ſcilicet dolor ſub ſiniſtro hypochondrio cum extenſione quadam & inflatione. ℂ Si color eſt ruffus. Alia regula de ruffo colore, cum prorſus ſpiſſa ſubſtantia, quã ſic collige. Vrina ruffa in colore, uel ſubruffa in ſubſtãtia per totum ſpiſſa ſuperius per totum obumbrata & obſcura, ſine liuiditate quotidianam, ſignificat de phlegmate naturali. ℂ Item alia regula. Vrina ruffa in colore, ſubſtantia per totum ſpiſſa appoſita manu, in ſuperficie liuida, ſine reſolutionibus furfureis pauco tempore procedente, ſignificat minorem hemitriteum. Fit autem minor hemitriteus ex cholera putrefacta extra uaſa, & ex phlegmate intra. Et ex cholera debet urina colorari. Sed ex phlegmate debet diſcolorari, ergo ex utraquæ in colore debet fieri mediocris, ſcilicet ſubruffa & ruffa, eſt ſuperius magis ſpiſſa propter aßignatã cauſam, quam præmiſimus de urina, ſignificante quotidianam interpollatam de phlegmate ſalſo. Liuida in ſuperficie eſt propter corruptionem humoris, &

propter

propter incidētem ebulitionem, & quia paucus est humor corruptus, et propter urinæ ipsius ruffitatē non potest distingui liuiditas, sine manu opposita. Et hæc accidentia debent concomitari, scilicet frigiditas extremitatum ad horam uespertinam, & hoc propter choleram putrefactā extra uenas, cuius fit dominium à tertia hora diei, tamen à proprijs motibus retardatur, propter phlegma putrefactum in uasis. Et sequitur legem phlegmatis, & sunt in summo labore usq; mane, quia de utraq; materia affliguntur, & tunc usq; ad horam tertiam sunt in summo labore, quia dum altera materia putrescit alia præparatur ad putrefactionē, & à tertia hora usq; ad horam uespertinam sunt in falsa quiete, quia tūc de altera affligitur & tunc insurgit paroxismus. Et in accessione iacet oculis clausis & palpebris oppressis, nec oculos aperit, nisi uocetur, & hoc accidit propter fumositatem resolutam, humiditate fumosa petente caput & relaxante palpebras oculorum. Non hos latet sententia Ferrarij & Plateariĳ, & magni Iohannis de sancto paulo, qui asserebant minorem hemitriteum de cholera, intus putrefacta & phlegmate extra, sed eorum sententiæ sunt demittedæ. Et Petri musandini autoritatem sequimur

¶ Si sit causa recens. Alia regula de urina ruffa in colore, in substantia per totum spissa, superius liuida & turbulenta in recenti causa, pleuresim significat

ficat, quàm consequuntur hæc accidentia, scilicet febris acuta, dolor lateris pungitiuus, tussis indeficiens, difficultas inspirandi. Sed quare hæc sint in regulis de urina, significante materiam in spiritualibus determinatum est. Sed nota hanc differentiam inter urinam significantem minorem hemitriteum & urinam significantem pleuresim. Nam in pleuresi magis distinctam habet liuiditatem quàm in minori hemitriteo. Et in pleuresi non est typus, qui est in minori hemitriteo. ¶ Si uetus, alia regula. Vrina ruffa & liuida superius longo tempore procedente ascitem, significat uel uitium empyematis cum uitio dispnaæ, unde uero habeat liuere in ascite, requirendum est in prædictis. ¶ Debile. Alia regula. Vrina ruffa in cholore in substantia spissa superius liuida & granulosa, significat apostema in inguinibus uel sub axillis aut in membris genitalibus, in quibus propter plurimam neruositatem uergit sensibilitas doloris. Ex dolore prouocatur impetus reumatum. Omnis namq; dolor exacuit reuma, ut asserit Gale. ¶ Si spumosa. Alia regula. Vrina subruffa in cholore remissa in subruffitate, & à media regione superius distincte liuens & quasi subcinericia multum spissa uel spumosa in pleuresi præcedente ruffa intensa, significat conuersionem pleuresis in peripneumoniam. Fit autẽ subruffa per translationẽ materiei à loco sensibili ad locum quasi insensibi-

ſenſibilem, ſcilicet ad membrum phlegmaticum, ſci
licet pulmonẽ à medio, ſuperius eſt quaſi liuida pro
pter incidẽtem ebullitionem, & ex corruptione ma
teriei & ex cõuerſione eius inſaniem, cuius pars ad
urinales meatus ad uenam concauam tranſmittitur
& per urinam purgatur, quæ ebullitio leuigata &
purgata à ſpiritu impulſa ſuperficiem, uaſis petens
reddit eam talis coloris. Subcinericia eſt ex reſoluti
one partium pulmonis. Pulmo enim eſt quaſi ſubci
nericij coloris, ſed ſpumoſa eſt ex motu pulmonis
aſſiduo. ¶ Pinguis, ruffa parum. Alia regula. Vri-
na ruffa in colore, in ſubſtantia ſpiſſa, magis tamen
ſuperius quàm inferius appoſita manus, in ſuperfi-
cie liuida & oleagina, cum crinoidibus reſolutioni-
bus longo tempore, ſignificat tertiam ſpeciem hecti
cæ longo tempore procedente: ideo additur, quia fe
bris hæc cum ſit habitudinalis, non aduenit niſi cum
longo tempore. Talis color fit ex colore membri, ex
quo cum fiat aliqua ebullitio, in membris talis pro-
tenditur color. Quod appareat liuida fit ex corru-
ptione ſubſtãtialis humiditatis. Quod appareat ole
agina fit ex pinguedine à membris reſoluta, & in
urina ſupernatante. Sed non poteſt diſtingui unctu
oſitas uel liuiditas, niſi manus ſit appoſita propter
paucitatem ipſius pinguedinis, & propter ruffum
colorem ipſius urinæ. Crinoides reſolutiones fiunt
ex calore infixo membris, & eorum partes diſſol-
uente,

uente, hæc accidentia concomitantur, scilicet color continuus propter continuam distemperantiam membrorum, sed tamen lentus, quia non fit ex materia sed ex humore. Calor in nodis manuum & pedum ex cholerica fumositate procedēte à spiritualibus. Rubor genarum ex cholerica fumositate eas inflāmante, dolor sinistræ spatulæ, quia cum sit alligata cum spiritualibus quasi contrahitur & desiccatur. Soluitur ergo continuitas, et fit dolor tussis uaria. Quandoq; fit tussis sicca propter siccitatem, quandoq; humida ex aliqua superfluitate contenta in spiritualibus. Macies totius corporis, ex calore membris infixo consumente membra & dissoluente, ungues autem attenuantur ex reuerberatione uaporis, unde in medio propelluntur, & in lateribus constringuntur. Littera plana est ex prædictorum determinatione. ¶ Pinguis non unctuositate sed spissitudine, pinguis nāq; in hac facultate æquiuocatur. ¶ Continuam non quamlibet, sed quotidianam de phlegmate naturali. ¶ Reumatica, sicut in apostematibus. ¶ Empyema. Id est, sputum saniosum ex hemorroide præcedēte. ¶ Morbus laterisq; Id est, pleuresis. ¶ Peregrinat. Id est, transferri significatur. ¶ Crinis. Quæ sunt scilicet crinoides resolutiones. In tractatu de contentis sufficienter dicemus. ¶ Febris hecticæ. Quantum ad tertiam speciem.

De co-

Clara rubēs triteū, duplicē uł hepar calefactū
Quartanūq; potest insinuare typū. (ętas.
Hęc mora uel breuitas, nubes, tēp9, status,
Hęc probat infirmi passio, forma, locus.
Vt stabili pede uadat sententia, sunt hęc
Omnia iudicio discutienda tuo.

❡ *Hic de colore rubeo. Regula, urina in colore rubea in substantia mediocriter tenuis obumbrata superius, & magis spissa quàm inferius, significat duplicem tertianam. Et tunc ista accidentia concomitantur, scilicet dolor capitis maxime in dextra parte, ubi est dominium choleræ, sitis, amaritudo oris, tinnitus aurium. Et est notandum, secundum diuersitatē subiectorum in urina, habet uarias & diuersas significationes, quia talis urina in iuuene & cholerico simplicem significat tertianam, in puero continuam.* ❡ *Vel hepar. Eadem urina rubea & clara ex longo processu temporis apparens, & febris non adsit, calefactionem hepatis significat, significat etiam quartanam notam. Et omnia ista discernūtur per conditiones consideratas, sicut ostenditur in sequentibus, unde quando est simplex tertiana, tunc urina debet esse magis tenuis. Sed in duplici debet esse urina magis rubea, & superius magis spissa, & quasi accedens ad subnigredinem.* ❡ *Hæc mora, id est, quia si tempore longo uel breui labora-*

ui laborauerit infirmus, possumus discernere, scilicet, quatuor ægritudines dictas, utrum patiatur febres uel hepatis calefactionem uel quartanam. Sit enim q̃ in modico tempore laborauerit, urina tali per longum tempus perseuerãte, tunc significat aut distemperantiam hepatis in caliditate aut quartanã febrem. Sed distinguitur sic, quia ex calefactione hepatis urina est superius obumbrata cum quadã spuma crocea uiridi uel subnigra. Sed in febre quartana ista deficiunt. ¶ Nubes, scilicet, si urina sit tenebrosa & nebulosa in superiori parte, tunc duplex tertiana uel hepatis calefactio iudicatur. ¶ Tempus scilicet, tempus anni, quia si sit æstas significat tertianam uel calefactionem hepatis. Si uero hyems uel autumnus, quartanam. ¶ Status, scilicet, cõplexio quia in cholerico corpore significat talis urina tertianam simplicem, in melancholico & phlegmatico duplicem tertianam. ¶ Aetas, quia si puer significat continuam: si iuuenis tertianam simplicem, si senex duplicem. ¶ Passio, utrum de tertio in tertium uel de quarto in quartum quantum ad quartanam, uel utrum cum typo uel sine typo, quia si cum typo interpollata significatur, si sine typo cõtinua. ¶ Forma. Habitudo corporis, scilicet pinguis, carnosus, uel macer. ¶ Locus, scilicet, regio calida uel frigida uel ¶ Locus, scilicet. utrũ in dextro hypochondrio uel sinistro. ¶ Vt stabilis medicus qui sapienter &

ſecundū ueritatē uult iudicare, ut ſuum iudicium firmum ſit & uerū, debet ſingulariter conſiderare omnes iſtas cōditiones, ſicut dictū eſt. ¶Cōmentū. Clara rubens. In hoc capitulo proponuntur regulæ de urina rubea cū tenui ſubſtantia & cū ſpiſſa, & cū mediocriter ſpiſſa uel mediocriter tenui. Vrina ergo in colore rubea, in ſubſtantia mediocriter tenui ſuperius obumbrata & magis ſpiſſa q̄ inferius tertianam duplicem ſignificat. Talis color fit ex intenſione caloris, & ex rubeitate ipſius caloris, et talis ſubſtantia fit ex ſiccitate. Hæc ergo debent adeſſe accidentia uel ſymptomata, ſcilicet, dolor capitis in dextra parte, ubi eſt dominiū choleræ ſitis, amaritudo oris, auriū tinnitus. Sed talis urinæ ſignificatio uariatur propter diuerſitatem ſubiectorū, ſicut dictū eſt de urina ruffa. In cholerico nāq; & in iuuene, ſi talis urina appareat, ſignificat tertianā ſimplicem in phlegmatico & melancholico ſene, & in muliere in nouitate cauſæ talis occurrens, tertianā ſimplicē ſignificat, in puero cōtinuā ex longo proceſſu temporis. Et circūſcripta febre ſignificat calefactionem hepatis, talis etiā deſignat quartanā notam. Et hæc omnia aperte diſtinguūtur circūſtantijs ſolū inſpectis. ¶Clara. Id eſt, tenuis. ¶Rubens, ſcilicet in colore. ¶Triteū duplicē. Id eſt, tertianā duplicem de materia cholerica in duplici loco putrefacta, ſimplicem etiā ſigni. & tunc debet eſſe magis tenuis, quando unica & ſingularis materia putreſcit, ſicut cholera, un=

lera, unde nõ est tantus impetus ebullitiõis. Eadem sig. duplicẽ tertianã de duplici materia collectà in duplici loco putrefactam, quæ discretas accessiões habet quotidie quibus inuadit patiẽtes. Sed dicimus in tertiũ grauius, si cõfusas habet materias more tertianæ simplicis affligit, sed grauissimũ facit insultũ, propter putrefactionẽ duplicis materiei, & eadem signa sunt in simplici, sed tunc debet esse tenuis, quia una & singularis materia putrefit, unde nõ est tantus impetus ebullitionis. In duplici aũt urina magis debet rubescere, & magis superius inspissari, et quasi ad subnigredinem accedere. ¶ Mora temporis ut si longo tempore laborauerit ægrotans, inde medicus perpendere potest, aut febrẽ, aut hepatis calefactionem, aut febrẽ aut hepatis calefactionem, aut febrem quartanam, nam si de nouo incipiat laborare, & talis appareat de febre tertiana præsumẽdũ est. Si enim lõgo tempore laborauerit, & ex longo tempore talis perseuerauerit, præsumendũ est de distemperantia hepatis, aut de febre quartana. Sed distingue, quia ex distemperãtia hepatis debet esse obumbrata in superficie, & spumosa cum quadã croceitate, uel subnigredine, uel uiriditate debet perfundi quod signum est incensionis, in febre autem quartana hic se absentant accidentia. ¶ Nubes. Id est, nebulositas & tenebrositas in superficie, quantum ad duplicem tertianam uel hepatis calefactionem. ¶ Tẽpus. Id est, anni ex quo morbus põt certificari.

Nam si æstas fuerit talis significat tertianã uel hepa tis calefactionẽ. Si hyems uel autumnus, quartanã. ¶ *Status. Quantũ ad cõplexionẽ quæ rei est sub=stantialis, & quæstante subiecto euanescere nõ põt in cholerico nãq; corpore, talis potius significat ter tianam simplicẽ, in melancholico & phlegmatico duplicẽ.* ¶ *Aetas. Vt si sit puer uel iuuenis siue se=nex.* ¶ *Passio, scilicet, utrũ de tertio in tertiũ uel de quarto in quartũ, & utrũ cũ typo uel sine typo pa=tiatur.* ¶ *Forma. Quantũ ad habitudinẽ corporis, scilicet, utrũ sit macilentus patiens uel pinguis uel carnosus.* ¶ *Locus, scilicet, utrũ in calida regione uel frigida, uel ad regionẽ corporis põt referri, scili=cet, utrũ patiatur in dextro hypochõdrio uel in si=nistro.* ¶ *Sententia, scilicet diffinitiua.* ¶ *Stabili pe=de. Id est, immobili & certo iudicio.* ¶ *Hæc omnia. Id est, hæ omnes circũstantiæ quæ dictæ sunt, ô tu me dice sunt discutiendæ.*

¶ *De colore rubeo cũ substantia mediocriter spissa.*

Turbida spissa parũ rubeo perfusa liquore.
Continui tritei notio certa datur,
Si summũ uiror obtineat uel liuida nubis.
Portendit mediũ, pleureticũq; malũ. (bret.
Spissa rubẽs synochũ si summũ liuor obum
Spissa rubẽs synochã dẽpto liuore figurat.
Causonidem si plus tenuis ꝙ spissa reuersa.
Synochidẽ causon subtilis & ignea mõstrat.
Certior est testis rubicũdi forma coloris.

Expositio

¶ Expoſitio. Turbida. Hic agitur de colore rubeo cum ſubſtantia ſpiſſa mediocriter copulato, & ponit plures regulas. ¶ Prima regula. Vrina rubea in colore in ſubſtantia mediocriter ſpiſſa, per totũ turbulenta, cum impura & inæquali ſubſtantia ſignificat tertianã continuã, ratio huius redditur in commento. ¶ Si ſummũ. Alia regula de colore cum ſubſtantia mediocriter ſpiſſa. Vrina in colore rubea in ſubſtantia mediocriter ſpiſſa, in ſuperiori parte uiridis, ſignificat medium hemitriteum, & ſi liuida ſit in ſuperficie ſignificat pleureſim & mediũ hemitriteum. Et eſt medius hemitriteus ex cholera putrefacta intra uenas continue bulliente, & ex phlegmate putrefacto extra in medio hemitriteo uiriditas non diſtinguitur in urina ſine manus appoſitione, ſed in pleureſi bene diſtinguitur. Quid eſt pleureſis? Eſt collectio facta in cõmiſſura coſtarũ & diafragmatis & ſæpius fit ex humoribus calidis & acutis. Et ideo dixit Hipo. accidunt ructuantes &c. ¶ Spiſſa rubens. In iſta parte agit autor de colore rubeo uel ſub rubeo cõmuniter cũ ſubſtantia ſpiſſa uel mediocriter ſpiſſa uel mediocriter tenui. Iſti enim colores in quibusdam ſunt uniformes in iudicio. Hæc eſt regula. Vrina in colore rubea uel ſubrubicunda, in ſubſtantia ſpiſſa & turbulenta, liuida ſuperius & in reſpiratiõe ſit fætida, tunc ſignificat ſynochũ. Synochus habet fieri ex ſanguine peccante in qualitate. Ratio

nes in commento redduntur. ¶ Spissa rubens synochã, Alia regula, Vrina in colore rubea uel subrubicunda, in substantia spißa & turbulenta absq; liuiditate & fetore, significat synocham. Est autẽ synocha ex sanguine peccante secundũ quantitatem. Et differẽtia inter synochũ & synocham haberi potest per quendã uersiculũ. ¶ Synocha de multo, synochus est ex putrefacto. ¶ Notandũ est q; synochus tres habet species, scilicet febrem homotonon epaumasticam & peraugmasticam, ut scribitur à Gal. 2 de differentijs febrium. Et ponit synocham pro synocho, non faciens uim de nomine. Et ideo notandũ est, quia secundũ q; diuersificantur species synochi, secũdũ hoc fit diuersificatio in urina, quia in homotono urina apparet uniformis in colore, et in sua substantia, & à principio usq; ad finem in sua malitia perseuerat. In peraugmastica ipsa urina apparet in principia ipsius febris rubea uel subrubicunda. Postea urina procedit semper remittendo, & de malo ad bonum, secundũ q; ipsa febris peraugmastica procedit semper meliorando à principio usq; ad finem In epaumastica secundũ q; ipsa febris procedit crescendo & augmẽtando, ita etiã & urina. Et nota q; hic traditur quædã regula generalis de urina. Quotienscunq; urina apparet rubicunda uel subrubicunda in substantia spissa, si postmodũ clarificetur in superiori parte, bonũ signũ est & signum salutis, quæ sit ratio huius, habetur in cõmento. Si uero clarifi-

cetur in

cetur in parte inferiori, et attenuetur, et superius in spißetur, uel remaneat spissa, malũ est signũ & mortis, & significat ꝙ materia rapitur ad cerebrum. Et in hoc fatui medici decipiuntur credentes cõtrariũ ueritati. ¶ Causonidẽ. Alia regula de urina significante causonidẽ. Quotienscũq; uidebis urinã in colore rubeam uel rubicundã, & in substãtia sua magis appropinquat ad tenuitatẽ q̃ ad spissitudinẽ, tũc causonidẽ iudicabis. Causonides est febris cõtinua ex duplici materia cõposita, principaliter cõposita ex cholera, secundario ex sanguine, & ideo urina est magis tenuis q̃ spissa. ¶ Reuersa. Alia regula per contrariũ istius, ꝙ urina rubea uel subrubicũda in colore propinquãs magis ad spissitudinẽ q̃ ad tenuitatem significat synochidẽ. Et est synochides fe. continua ex duplici materia cõposita & principaliter ex sanguine, secũdario ex cholera quæ propter hoc magis accedit ad spissitudinẽ q̃ ad tenuitatẽ. ¶ Causon subtilis. Alia regula de urina significante causonem. Vrina rubicũda uel subrubicũda in colore, in substãtia per totũ tenuis, lucẽs sicut ignis sig. causonem. Causon est febris continua acutissima. Et habet fieri ex cholera rubea putrefacta in uenis propinquis, uenis orificij stomachi, hepatis, pulmonis & splenis. Et ideo dicitur causon à caumate. ¶ Cõmentũ. Turbida spissa &c. Hic ponitur regula de rubeo colore cũ mediocriter substãtia spissa, quã sic collige

Vrina in colore rubeo cum ſubſtantia mediocriter ſpiſſa per totum turbulenta cum impura & inæquali ſubſtantia, continuam tertianam ſignificat. Talis color rubeus fit ex colore choleræ rubeæ, quæ ex ſua bullitione & rubeitate ſufficit ad clarificandum & rubificandum urinam. Vrina turbida eſt per totum ex perturbatione & bullitiõe facta in uaſis, & quia per ebullitionẽ fit partiũ inſpiſſatio aliquarũ, cum etiã uaſa illa ſint ampliora, & priori ipſarum largiores, ſpiſſæ etiã partes calidæ & ſubtiles, cũ urina emittuntur, quia urina perturbatur, & eſt urina impuræ & inæqualis ſubſtantiæ. ¶ Turbida, id eſt, turbulenta. ¶ Spiſſa parum, Id eſt, accedens ad ſpiſſitudinem. ¶ Si ſummũ. Alia regula ponitur de colore rubeo cũ eadẽ ſubſtãtia, quia ſi fuerit rubea cũ priori ſubſtãtia, in ſuperficie uiridis ſig. mediũ hemitriteum. Si autẽ liuida fuerit in ſuperficie ſignificat pleureſim. In medio nãq; hemitriteo propter cholerã intra uaſa cõtinue ebullientẽ. Et ex phlegmate extra nimia fit ebullitio uel aduſtio. Emiſſa ergo cholera cũ urina cũ ſit aduſta & leuigata, ad urinæ ſuperficiem tẽdit, & eã reddit uiridẽ. Sed cũ ſit pauca nõ diſtinguitur uiriditas, niſi cũ manus appoſitione. Si aũt liueat ſine manus appoſitiõe, uel protẽdat liuorẽ in ſuperficiẽ diſtinctũ ſig. pleureſim, quæ dicitur collectio facta in cõmiſſura coſtarũ & diaphragmatis & ſæpius de calidis & acutis humoribus eſt, unde

Hippo

Hip, accidũt ructuãtes, nõ ualde pleuretici fiũt. Pro calore ergo et acumine materiei, et quia collectio est in mẽbris calidis & ualde sensibilibus, & quia sunt in motu cõtinuo materia illa maxime ebullit & aduritur. Per ramũ ergo uenæ cõcauæ cõuersa per urinales meatus in multa quãtitate admiscetur urinæ, & reddit eã uiridẽ, quæ quia adusta est & leuigata petit superficiem, & reddit eam uiridem, & quia multa est materia adusta, apparet uiriditas sine manus appositione, uel etiam liuiditas ubi est tãta causa incensionis. ¶ Summũ. Id est, superficiem. ¶ Medium. Id est, hemitriteum. ¶ Pleureticumq; malum Id est, pleuresim cum distincta liuiditate uel uiriditate. In hoc capitulo agit de colore rubeo et rubicundo uel subrubicũdo, cõmuniter sub uno titulo secundum coniugationem spissæ substantiæ uel mediocriter spissæ uel mediocriter tenuis. In quibusdã enim sunt omnes isti colores uniformes in iudicio. In principio ergo proponitur regula de rubeo uel rubicundo colore cum spissa substantia, quã sic potes colligere. Vrina rubea uel subrubicũda in colore, in substantia spissa & turbulenta, si fuerit liuida in superiori parte & cũ fetoris respiratione & quidã prauus odor à uase exhalet, sinochum significat. Quod talis est in colore prouenit ex calore et colore ipsius sanguinis. Sanguis enim cum sit calidus & rubeus uergens ad impuritatem, non sufficit ad depuran-

dum urinam. Quod est spissa hoc est ex humiditate sanguinis cuius proprium est inspissare, quod est liuida hoc fit ex admixtione putridi sanguinis, quod est fetida fit ex sanguine putrefacto in uenis. Dicitur autẽ synochus quasi cohabẽs, id est, simul habẽs omnes causas ad continuitatem concurrentes, quæ sunt tres. Prima est continua caloris ebullitio & putrefactio. Secunda est continua putridæ fumositatis ad cor respiratio. Tertia est impuritas sanguinis. Istæ tres causæ, in nulla febre ita specialiter sunt ad inuicem sicut in synocho, & ideo ab illis denotatur.

¶ Spissa rubeus synocham. Alia regula. Vrina rubea uel subrubicunda in colore in substantia spissa & turbulenta, & sine liuiditate & fetore synocham inflatiuam significat. Fit autem synocha ex sanguine abundante, uel præambulante secundum quantitatem, & non secundum qualitatem, & est species febris ephimeræ licet, fiat ex humore. Quod rubea uel rubicunda est, accidit ex quãtitatibus sanguinis, ut iam dictũ est. Quod sit sine liuiditate & fetore fit, qa nõ est sanguis corruptus neq; putrefactus, cuius admixtione debeat liuor, uel fœditas innasci. Et notandũ est quod synochi sint species tres scilicet peraugmasticus, epaumasticus et homotonus secundũ uarietatem specierum, uariatur dispositio urinæ. In paugmastico enim apparet rubicunda uel rubea ab ipso principio cũ alijs signis, postea appa

ret rubea

ret rubea uel ſubrubicunda, poſtea ab intentione ad remiſſionem, ut fiat immutatio in urina de malo ad bonũ, ut ſicut decreſcit & declinat febris ab acuita te principij, ſic & in urina declinat intẽtio caloris. In epaumaſtico uero cõtrarium accidit. In homotono apparet urina uniformis coloris, & in ſua malitia perſeuerat à principio uſq; ad finẽ, prout febris uniformitas depoſcit. In hoc autem capitulo hunc methodum & quaſi generalem accipe traditionem, quod quæcunq; urina rubea uel rubicũda in ſubſtãtia ſpiſſa, ſi poſtea in ſuperficie incipiat ſincerari, & quaſi clarificari, ita quod illa turbulenta & ſpiſſitudo incipiat reſidere, bonum ſignũ eſt & ſalutare. Per hoc enim quod apparebat, urina per totum ſpiſſa, & modo incipit depurari ſuperius, per hoc ſignificatur quod motus ebullitionis iam ceſſauit, quæ ebullitio prius uigens in corpore, humores perturbabat, & partes urinæ ſecundum uniformam ſpiſſitudinem confundebat. Si autem ſuperius in ſpiſſitudine perſeuerat, uel ſpiſſior appareat uel turbulentior, inferius autem attenuetur uel clarificetur, mortale ſignum eſt. Significat autem raptum morbi ad ſuperiora. Vnde timendum eſt de freneſi, aut lethargo, aut mania, unde contingit quod artifex imperitus cum uideat urinam in principio ſpiſſam, et poſtea inferius attenuari deluditur iudicãs cõualeſcentiã, cum potius morbus cõtra na-

turam

Nota

turam conualescat. ¶ Sinochum. Id est, putridum. ¶ Sinocham. Id est, inflatiuam de puro sanguine & sincero, sed superaccenso, secundum Constantinum accidentia morbi sinochi sunt hæc, scilicet dolor capitis infixus, & à profundo emergens, genarum rubor, inflatio uenarum, & maxime circa spiritualia, & oris dulcedo. ¶ Causonidem. Alia datur regula de rubeo colore & rubicundo cum mediocriter tenui substantia, & cum mediocriter spissa quam sic collige. Vrina in colore rubea uel rubicunda in substantia magis accedens ad tenuitatem quã ad spissitudinẽ, causonidem significat. Et est causonides febris composita continua ex duplici materia ex diuersis generibus, ex cholera scilicet principaliter, & ex sanguine secundario, unde magis accedit ad tenuitatem quàm ad spissitudinem. ¶ Reuersa sinochidem. Item alia regula per contrarium prædictæ est proposita. Vrina namq; in colore rubea uel rubicunda, magis accedens ad spissitudinem quàm ad tenuitatem, sinochidem significat, id est, febrem continuam compositam principaliter ex sanguine, secundario ex cholera unde magis uicinatur spissitudini quàm tenuitati. Symptomata occurrant mixta, propter admixtionem sanguinis et choleræ, ut dominantis humoris accidentia dominãtur, & contrarij forte intermissione continentur. ¶ Causon subtilis. Alia regula. Vrina rubea uel rubicunda in

colore

colore in substantia per totum tenuis, lucens uelut ignis, causonem significat. Est autem causon febris cõtinua accutissima, unde à caumate dicitur, & fit ex multiplici cholera rubea putrefacta in subtilissimis uenis oris stomachi, hepatis, pulmonis, & splenis. Talis color est ex calore & ebullitione ipsius materiei, quæ putrescit in locis ualde calidis. Est autem tenuis, & ualde lucens uelut ignis, quia cũ illa uasa nimis sint angusta, nõ resudat ab eis, nisi quod subtilius est & liquidius, quod commixtum urinæ, eam reddit tenuem & igneam, hæc accidentia concomitantur, scilicet uehemẽs dolor capitis, ita quod patienti uidetur, quod fronti suæ claui infigantur, hoc igitur accidit propter uiolentam fumositatem & choleram à materia resolutam, quæ petens cerebrum & eius præcipue, menyngas extendens cerebrum flagellat. Adest sitis immoderata, quæ nullo potu quiescit, et hoc est propter nimiã feruiditatem choleræ os stomachi adurentis, quandoq; est nigredo linguæ propter adustionem. Et est minus calor ex eadem cholera, etiam est insomnietas, ex desiccatione cerebri. Somnia lampadarum & corporum ignitorũ. ¶Reuersa. Id est, cõtrario disposita, ut sit spissa magis quã tenuis. ¶ Certior est testis. Quia cum sit intensior magis insinuat incendiũ materiei.

¶De colore inopos & Chianos.

Si color est inopos fert detrimenta salutis,

In febre

In febre cōtinua, min⁹ est sine febre uērēda.
Nā renes, ul' hepar succēdit caustic⁹ humor.
Aut est rupta chylis, aut fracto uase resudās
Mēstruis elicitur mulieris corpore sanguis
Talem disponit in sano corpore saltus,
Aut nimi⁹ coit⁹, cursus labor immoderat⁹
Nec est degenerans chianos a lege prioris.

¶ Expositio. Si color est inopos. Postquā dictū est de colore rubeo & rubicundo, hic consequenter agit de colore inopos & chianos, & isti duo colores eodem modo iudicantur. Color inopos est sicut uinum nigrū. Sed color chianos magis, profundam habet nigredinem, & etiam multos colores, quia in una parte est rubicundi coloris, & in parte nigri, & in parte liuidi uel uiridis. ¶ Regula. Vrina in colore inopos, et chianos in acutis febribus & peracutis pessima est, & mortem significat, quia significantur symptomata ægritudinis ita esse ultimata, quod plus ultimari nō possent manēte substātia, unde si primo appareat rubicūda uel subrubicūda, & postea inopos uel chianos, sine dubio malum signū est, & mortale. ¶ Minus est sine febre. Alia regula. Si talis urina inopos uel chianos appareat sine febre tunc nō minatur tantū periculum, & tūc significat apostema in hepate uel in renibus, uel rupturam uenæ chilis. Si rupturam chilis uenæ, tūc dolor maximus sentitur in septimo spondili computādo ab inferiori

riori

riori parte, & tunc urina in fundo magis appareat fæculenta. Talis etiam urina inopos uel chianos potest significare hydropisim, si appareat spissior in media regione. Talis etiã urina potest significare appostemata hepatis, uel renũ, uel pleuresim, uel peripneumoniã, & hoc per signa propria distinguitur & sufficienter traditur in cõmento. ¶ Aut fracto uase. Alia regula. Talis etiã urina inopos uel chianos in mulieribus apparẽs, aut apparet cũ febre aut sine febre. Si sine febre, tunc significat eruptionem menstruorum, & tunc non est suspecta talis urina. Si uero cum febre, tunc sine dubio summũ periculũ minatur, & maius etiam quàm in uiris. ¶ Talẽ disponit. Alia regula. Etiam urina quandoq; apparet in sanis ratione saltus, aut etiam ratione multi coitus, aut cursus & magni laboris & immoderati, & hoc scitur per iudicia patientum. ¶ Nec est degenerans. Dicit autor hic quod urina in colore, est chianos eadem & uniformis iudicij significationis cum colore inopos, sicut dictum est. ¶ Commentũ. Si color. Post tractatum rubei coloris, & rubicundi continuat autor capitulum de inopos et chianos coloribus, sicut enim uniformis iudicij, & eiusdem cõsiderationis. Est autem inopos color, sicut uinum quod uergit ad nigredinem, ut est uinum quod uenit ex calabria. Chianos uero profundiorem habet nigredinẽ & etiã multiplicem colorẽ, quia urina in

parte

parte rubicunda, in parte nigra, in parte liuida uel uiridis apparet. Talis autem urina inopos uel chianos in acutis febribus, & peracutis pessima est & mortis significatiua. Indicat enim synptiomata morbi ita ultimata, quod ultra ultimari non possunt manente substantia. Vnde si prius appareat rubicunda uel subrubicũda, & deinceps inopos uel chianos, talis processus proculdubio pessimum est, & mortis signum. Solet igitur talis apparare in mulieribus, sine febre propter menstruorum eruptionem, & tunc magis spissa, & pinguis & feculentior in fundo apparere consueuit. Vnde huiusmodi urinæ magis suspectæ sunt in uiris quàm in mulieribus, nisi talis in mulieribus appareat, patientibus febres acutas, gratia ipsarum febrium, non propter eruptionem menstruorum. Tunc enim præsumitur summũ periculum, magis etiam quàm in uiris, quanto sunt à natura remotiores. Item talis urina apparet in ruptura chylis uenæ. Vnde maximus dolor sentitur in septima spondili, facta computatione ab inferiori, tunc urina in fundo fæculentior apparet. Est autẽ in medico maximus honor, cum per talem urinam in tali loco ueraciter potest prognosticari eruptionem prædictæ uenæ chylis. Et nota quod talis urina quando spissior, in media regione apparet, tunc hydropisim potest significare. Et tunc distingue, quia si fuerit quasi sanguinea, hyposarcam significare potest

test

test. Si uero magis lucida uel liuida leucophantiam, nec tamen ex hoc signo præcipitanda est sententia de hydropisi. Temeraria namq; & præceps discursio artificem deuenustat & ei ruborem incutit. Item talis urina apostema hepatis aut pleuresim uel peripneumoniam, uel apostema renum significare habet uel iudicare, Et distinguendum est per alia accidentia, & est requirendum utrum patiatur puncturam in dextro latere uel in sinistro latere angustiam etiã anhelandi pondus & grauedinem circa renes significat. Apostema hepatis secundũ plures autores distinguitur à pleuresi quatuor modis secundũ Alexãdrum. Fit enim in dextro latere, unde necessaria est distinctio. Prima est secundum pulsum. Nam in hepatis apostemate corpus est magis coloratum & colore multo magis permansiuo. Sed in apostemate spiritualium semper minus est coloratum, & præsertim colore magis momentaneo. In hepatis apostemate tussis est sicca, quia materia ipsius est sub diaphragmate. Sed in pleuretico tussis secundum omnes est semper humida, quia materia est in spiritualibus supra diaphragma. & de facili educitur. Item dolor maior est, & etiam punctura in pleuresi, & hoc fieri habet propter loci & diaphragmatis sensibilitatem, quæ fit ex neruis. In apostemate etiam hepatis dolor est potius grauatiuus cum non sit hepar neruosum. Ex his quatuor supradictis differẽtijs, quan

doq; superadduntur aliæ sex differentiæ, quæ habẽ tur ex quadam epistola ipsius Galeni ad Glauconẽ medicum. Et prima est, quia apostema hepatis acu= tum est admodũ, quando luna est in coniunctione. Sed in pleuresi est rotunda forma. Secunda quia in apostemate hepatis sanguinolentæ solent esse ægesti ones ex incontinentia hepatis generatæ & resudati one hepatis, sed in pleuresi non sic contingit. Item & tertio ex figura corporis distinguitur. Nam in apostemate hepatis, corpus est ualde & multũ exte nuatum. Sed in pleuresi nõ tantũ est corpus exte= nuatum. Item & quarto pleureticus melius cubat supra partẽ dolentẽ propter locũ uacuum. Et quia apostema nõ cõprimitur à stomacho & intestinis. Sed in apostemate hepatis non bene cubare potest patiens supra partem dolentẽ, quia tunc pars quæ dolet cõprimitur, & à stomacho & ab intestinis, un de sequitur multo maior dolor. Item & quinto secũ- dum locũ distinguitur, quia pleuresis habet fieri in utroq; latere. Sed apostema hepatis habet fieri tan= tum in uno latere, scilicet, dextro, discernitur etiam secundũ urinã, ut dictum est in antecedentibus. Et hic habemus decem differentias istorum apostema= tum iam dictorum. Item redeamus ad significata di- cernentia prædictæ urinæ, talis ergo urina præce= dente sanguisugio, anhelitu uel ortomia superius ali quantulum liuida empyema significat. Eadem uri= na si spumã habet croceam nimiam hepatis calefa= ctionem

ctionem ſignificat & ictericiam, quæ ſi ante ſeptimam diem in acuta febre ſuperuenerit, ſignũ eſt peſſimum. Fit etiã ex incontinẽtia materiei, quæ in ſymptomatis erumpens per totum corpus diffuſa, quaſi ab interioribus fluctuendo ad exteriora diffunditur & ſubcutanea affecta cutem ſecundũ ſe inficiendo ictericiam inducit. Quod ſi naturæ expellitur materia potius, & poſt ſeptimã diem ictericia ſuperuenit morbi determinatio fiet. Talis etiã urina multotiens apparet in ſano corpore ex ſaltu propter rupturam uenæ in renibus uel in ueſica, aut propter reſudationem ſanguinis ex rarefactione uaſorũ, propter immoderatũ curſum uel coitũ uel laborem nimium. ¶ Cauſticus humor. Id eſt, collectus ad apoſtema faciendum. ¶ Chilis. Id eſt, uena ſpinæ adiacens. ¶ Aut fracto uaſe. Id eſt, uena aliqua.

¶ De colore uiridi.

AGriacã, ſpaſmũ, maiorem, deniq; mortem.
Iudicat urina praſſino tincta colore.

¶ Expoſitio. Agriacã ¶ Poſtq̃ determinatũ eſt de colore inopos & chianos. Hic agitur de colore uiridi. Iſte enim color uiridis in urina ſignificat aduſtionẽ, & aduſtionis tres ſunt termini, ſcilicet primus, medius & completus. In principio aduſtionis apparet urina in colore chianos. In medio uiridis, & ſignificat dominium choleræ praſſinæ & eruginoſæ

in fine adustionis. Vrina ergo uiridis in colore appa-
ret, quandoq; multa quandoq; pauca. Si pauca uiri-
dis mortem significat, si ungues digitorum infecti
sunt colore liuido aut uiridi? Si multa & fæculenta
significat rupturã apostematis in aliquo mẽbro no-
bili ut hepate, unde substantia membri dissoluitur,
& per urinã expellitur, unde in proximo mors est
uentura. Talis etiam urina significat ictericiam ex
cholera prassina uel eruginosa. Et nota ꝙ tres sunt
species ictericiæ ut habetur in commento. ¶ Spas-
mum. Ista eadem urina in febre acuta apparens sig-
nificat spasmũ exinanitione, ¶ Maiorẽ. Ista etiam
urina significat maiorũ hemitriteũ, & ita magnum
periculũ minatur. ¶ Deniq; mortẽ. Ista etiã urina
significat finaliter in ultimo maliciæ mortificatio-
nem & caloris extinctionẽ naturalis, ultimo sequi-
tur de nigro colore. Et quia superius in primo capi-
tulo determinatũ est, ideo hic nõ oportet reiterare.
Et ista sufficiãt de coloribus. Et si terminata est pri-
ma pars principalis. ¶ Cõmentũ. Agriacam &c.
Post inopos & chianos colores secundũ ordines con-
ueniẽte agitur de uiridi colore. Viridis color in uri-
na signũ est adustionis. Adustio uero triplici claui-
tur termino, scilicet primo medio et cõpleto. In adu-
stionis principio fit primo urina chianos quadã su-
perius liuiditate profusa, in medio fit uiridis, & in-
dicat dominium choleræ prassinæ uel eruginosæ in
cõplemento denigratur, urina ergo in colore uiri-
dis quan-

dis, quãdoq; est multa & quãdoq; est pauca, uiridis & pauca mortẽ habet significare, & maxime si color uiridis uel liuidus uel niger uergẽs digitorũ infecerint, quãdoq; est uiridis, & multũ male olet, & multa & fæculenta, & sig. rupturã apostematis in aliquo nobili mẽbro, ut in hepate, Vnde substantia ipsius mẽbri dissoluitur, quæ dissoluta cũ urina emittitur. Vnde in proximo mortẽ debes nunciare futuram. Talis etiã urina in colore uiridis ictericiã portendit ex cholera prassina uel eruginosa, quæ fuit leuitate diffusa ad superficiẽ corporis, cutẽ inficit & ictericiã inducit uiridẽ, id est, agriacã pegaseleontẽ cõficit, quæ, scilicet à uiridi mustella interpretatur uiridis, sunt igitur tres species ictericiæ, scilicet, ictericia uiridis modo dicta, ictericia nigra quæ per melonchirion dicitur à melon, quod est nigrũ, & chiros, qđ est manus, uel chiros. qđ est humor. Et icteritia crocea quæ generali uocabulo uocatur restrictio à specie ictericiæ, ictericia nuncupatur. Itẽ urina uiridis in fe. acuta apparens, sig. spasmũ ex inanitione propter consumptionẽ humiditatis substantialis ratione prædicta. Eadẽ urina maiorẽ hemitriteum sig. & ideo ualde periculosa est. ¶ Agriacam. Id est, ictericiã uiridem. ¶ Spasmũ. Ex inanitione. ¶ Maiorẽ, scilicet hemitriteũ. ¶ Deniq;. Id est, ad cõplementũ maliciei. ¶ Mortẽ. Id est, mortificationẽ naturæ, et extinctionẽ coloris naturalis deficiente fomite naturali. ¶ Prassino. Ideo uiride prassinũ

nāq; maruebium dicitur, & tūc cholera praſſina dicitur, & ſenſus. ¶Praßino tincta colore. Id eſt, confecta uirore eius tracto ex cholera praſſina, uel uirore æmulo colori praſſij. Et hic tractatus terminatur de coloribus. Poſt uiridē ſeqtur niger color. Sed de illo expeditū eſt in primo capitulo de coloribus.

¶Incipit capitulum de contentis. Et eſt
ſecunda pars principalis.

SEpi⁹ artificē deludit forma coloris.
Et fraudat plerumq; fidem cenſura
liquoris.
Eſt in cōtentis rata lex, diſcretio certa.
Iudicij conſtans regula uera fides.
Cętera poſtponens naturę conſcius actor.
Hinc Hippocrates ueri ſemina firma trahit.
Nunc contentorū ſeriatim forma notetur.
Vt proprios teneant ſignificata modos.

¶Expoſitio. Sæpius. ¶Hic incipit ſecunda pars principalis huius libri. Et cōtinuatur hoc modo præcedenti parti, determinatū eſt de urina conſiderando colores & ſubſtantias urinarū. Hic uero determinatur de contentis urinarū, unde ſententia iſtorū duorū uerſuū eſt iſta, multotiens color ipſius urinæ & ſubſtātia eiuſdem deludunt medicū, & decipiūt ipſum, cuius ratio eſt, quia color & ſubſtātia urinæ multotiens apparent, nec illi humori, qui eſt cauſa ægritudinis atteſtantur, quia color cum ſit accidens ſuperficiale faciliter recipit alterationē, & ſubſtan-
tia uri=

tia urinæ quæ cum debeat tenuis apparere apparet spissa, & cũ spissa apparet tenuis propter stricturã uel largitatẽ pororũ & uiarũ, & etiã propter digestionem materiæ & indigestionẽ. ¶ Est incontentis. Sed ex inspectione contentorũ habetur certũ & uerum iudiciũ de infirmitatibus. Et ratio est, quia contenta aut continentur in ipsis membris, aut sunt particulæ eorundem, & ita habetur iudiciũ magis certum & firmũ. ¶ Cætera postponens. Hic probat autor autoritate benedicti Hipo. qui in lib. prognosticorum rarissime cõmemorans substantiã & colorem urinæ de ipsis contentis doctrinam tradit, nunc de furfuribus, nunc de crinoidibus, nunc de squamis. ¶ Cõmentũ. Sæpius artificem. Executa prima particula sui operis, in qua egit de urinis secundũ coniugationem colorũ & substantiarũ, aggreditur autor secundã particulã, in qua distinguitur de contentis, quorũ inspectio fidelis est ad discernendũ habitudines interiorũ membrorũ magis q̃ colores & substantias. Color enim uel substãtia multotiẽs aliunde deriuatur, nec humori attestatur, qui est causa ægritudinis. Color siquidem umbratile accidens est & superficiale, ideoq; cito euanescit propter quãcũq; corporis alterationẽ. Immutatur etiã substantia urinæ propter pororum constrictionem uel largitatem, & propter digestionem materiei uel indigestionem, unde cum debet esse spissa substantia, quandoque attenuatur. Et cum debet esse tenuis inspissatur.

Sed ex differentijs cõtentorum, certius eligitur iudiciũ de paſſionibus corporũ. Contenta ſiquidem in urinis, aut ſunt contenta in ipſis membris, aut ſunt particulæ ipſorũ membrorũ, ideoq; firmiorẽ habẽt conſiſtentiã & ſignificationẽ. Quod autẽ fideliora ſint nũcia cõtẽtorũ probatur autoritate Hipo. dicẽtis in prognoſticis & in aphoriſmis quãdã regulariter cõſtituẽtis doctrinã, qui potius cõtenta cõmemorat, quã ſubſtantiã & colorẽ nũc de furfuribus nũc de crinoidibus, nũc de pilis, nũc de ſquamis, nũc de ſanguine, nũc de ſanie, nũc de globis interſerendo, rariſſime uero cõmemorat ſubſtantiã & colorem, quia ea magis deludunt artificem, quia ſuperficiale accidens eſt, & à ſubtilioribus ineſt partibus, quæ cito euaneſcunt ab intrinſecis, et ſubſtãtialibus quæ firmius in cõpoſito perſeuerant, ſicut eſt uideri in roſa, quia ſua roſeitate cito uideatur, cũ in aqua feruenti ponitur, uel cũ ſulphure ſuffumigatur. ¶ Cenſura. Id eſt, iudiciũ. ¶ Liquoris. Id eſt, ſubſtãtiæ. In pueris enim urina debet eſſe ſpiſſa, ꝓpter humiditatẽ ætatis, et tantũ tenuis apparet propter ſtricturã meatuũ contra operantẽ. ¶ Defraudat fidẽ. Id eſt, decipit. ¶ Naturæ. Id eſt, naturalium cauſarũ, ſub quibus cõpræhendimus quæcũq; à leuiori globo inferius cõtinẽtur. ¶ Cætera. Id eſt, colorẽ et ſubſtantiã ¶ Poſtponens. Id eſt, tanq̃ inutilia ad iudicia reputans reſpectu cõtentorum. ¶ Hinc, ſcilicet à cõtentis. ¶ Nec contentorũ. Poſtquã iudicij prærogationem

nem de cōtentis adduxit ſecundū dogma Hipocra. agit autor ad ponendum contentorum numerum. ¶ Seriatim. Id eſt, ordinate ratione non à ſerio ſed à ſeriæ. ¶ Significata, ſcilicet contentorum. ¶ Modos. Id eſt diffinitiones. ¶ Enumerat contenta.

Circulus, ampulla, granū, nubecula, ſpuma
Pus pinguedo chimus ſanguis arena pilus.
Furfura crinoides ſquamę pates athomoſę.
Sperma cinis ſedimen ſpiritus alta petens.

¶ Expoſitio. Circulus. Hic Egidius enumerat contenta in urinis apparentia, & ſecundum iſtum ordinem enumerationis determinat de his in ſequē ti, & primo de circulo. ¶ Commentum. Circulus. Nunc enumerat autor contenta ſecundum ordinē, & eodem ordine mandabit executioni de his, quæ in his quatuor uerſibus enumerauit. Et ſingulorum executionem declarat, & primo de circulo.

¶ De circulo tractat.

Spiſſus in urina ſi circulus eſt & aquoſus,
Cellula poſterior phlegmate preſſa polet.

¶ Expoſitio. Spiſſus. Hic tractatur de circulo, non quod ipſe circulus ſit contentum in urina, quia eſt ſuprema regio urinæ, ſed quia in circulo conten ta incipiunt apparere. Eſt ergo regula talis. Vrina apparens circulo ſpiſſo, ſubſtantia & colore ſimi= is aquæ, ſignificat ultimam cellulam capitis phle= gmate aggrauari, propter hoc, quia in illa parte ſu

 um habet

um habet dominium. ¶ Cōmentum. Spissus secundum seriem ordinationis contentorum, primo agit de circulo, non quia circulus sit contentum urinæ. Est enim regio suprema urinæ. Sed quia contenta in circulo incipiunt apparere, & cum circulo quædam distinguuntur contenta. De circulo autem potest quæri, quare approprietur urinæ, cum etiam in quolibet liquore circulus appareat, ut in aqua uino & oleo. Respondemus sic, nō appropriamus circulum urinæ, ita ut ab alijs liquoribus excludamus. Quilibet namq; liquor in superficie circulum facit & ex aquosioribus partibus, & magis fluidus secūdum formam uasis continentis in superficie, naturaliter generatur unde in aqua, uel in uino in uase posita, aliquo supereminet circulus, quia aquosæ partes & magis fluidæ. & quæ plus habēt aereæ commixtionis in superficiem tendunt, nec se à grauioribus comprimi patiuntur. Pars etiam liquoris superior ex uicinitate aeris interclusi inturgescit, & propter eādem rationem circulus in urina apparet. Sed hic non uidetur aliquid posse significari per circulum de consistentia cerebri, uel aliorum membrorum, cum etiā circulus cuilibet liquori continuari possit. Ad hoc dicimus quod sicut testatur Isaac cerebrum licet sit frigidum & humidum cum sit de genere pinguedinis & medullæ, tamen actualiter est calidum, unde cum liquidam habeat substantiam

tiam & fluidam, ſimili indigent nutrimento. In he pate autem fit uaria & multiformis ſanguinis gene ratio ſecundum diuerſitatem membrorũ nutriendo rum. Sanguis ergo liquidus & lenis generatur, qui tranſmittitur ſui liquiditate ad nutriendum ce= rebrum, & petit ſuperiora, cuius ſanguinis ſuper= fluitas eius ſpiſſitudini & proprietati inimicatur. Vnde longe fit liquidior, & ſubtilior, & leuior ſan guine ipſo, ideoq; illa ſuperfluitas effuſa, cum urina tendit ſuperius, & circulũ facit, humiditas enim ha bet motũ à centro inducendo, latitudinis effuſionẽ ad circunferentiam. Frigiditas habet motũ à circun ferentia iuducendo coarctationem, unde illi motus contrarij ſunt, & currunt ad cerebrum quod cre= ſcit circulus augmentatur, aut ſpiſſitudo circuli uel latitudo minuitur, hoc eſt ſecundum quod cerebrũ aquoſiori ſanguine uel ſicciori, uel calidiori uel fri= gidiori nutritur. In forma aut circuli principaliter relucet conſiſtentia cerebri, utrum bene uel male nu triatur, & utrum ab aliqua diſtemperantia diſtribu etur. Deſeruit namq; circulus diſpoſitioni animato rum membrorũ, id eſt, cerebri & menyngarũ. Cir culus namq; in ſubſtantia ſpiſſus, in colore remiſſus declarat cerebrũ comprimi & grauari oppreſſione materiæ phlegmaticæ, & maxime circa poſteriorẽ partẽ, id eſt, occipitiũ ubi eſt ſedes & dominũ ſiue domiciliũ phlegmatis quod remiſſus ſit circulus pro

uenit

uenit ex frigiditate, unde debilitatur calor natura lis in cerebro, nec potest depurare superfluitates un de cerebrum turbatur, quod est spissus, hoc proue= nit ex humiditate, quæ motum habet, secundum dif fusionem latitudinis. ¶ *Spissus.* Id est, *in substantia dilatans & turgidus.* ¶ *Et aquosus.* Id est, *in colo re remissus, ut quasi aquæ colorem repræsentent.*

¶ *Sequitur de purpureo circulo & spisso.*

Purpureus spiss⁹ affligit sanguine proram.
Leuam felle nigro pallidus & tenuis.

¶ Expositio. *Purpureus.* Circulus *urinæ appa= rens purpureus & spissus, primam partem capitis, significat affligi, & si talis circulus appareat et ab sit punctio in naribus, & dolor frontis, & plenitu do uenarũ, & uideatur infirmo, quod ante ipsum sint quædã corpora rubea, tũc prognosticatur san guinem de naribus exiturum.* ¶ *Leuam.* Circulus *pallidus et tenuis in parte sinistra, significat melan choliam abundare, et eam affligi, ibi enim habet do minium humor melancholicus.* ¶ Cõmentum. *Pur pureus.* Post *spissum circulum & remissum, agit de purpureo circulo & spisso, talis ergo circulus signi ficat abundantiam sanguinis & proram molesta= ri ex sanguine.* In *prora namq;, id est, anteriori par te capitis suum sanguis obtinet principatum, quod est purpureus circulus, fit ex sanguinis feruiditate, quod est spissus ex humiditate, unde maxima immu*

tatio

tatio cerebri ſignificatur, quod cum debeat nutriri ſanguine frigido & aquoſo, ad eius delegatur nutrimentum ſanguis feruidus & æſtuoſus. Si uero fuerit circulus cum punctione narium, & dolore uentris & plenitudine uenarum, & æger putat ante ſe uidere quædam corpora rubea, fluxũ ſanguinis de naribus ſignificate. ¶ Leuam. Id eſt, ſiniſtram &c. Hic agit de circulo remiſſo & tenui, qui leuam partem cerebri, ſignificat procellari et affligi ex melancholico humore, in qua parte ſiniſtra cerebri, uiget melancholiæ dominium, quod eſt remiſſus, eſt ex frigiditate, quod eſt tenuis, eſt ex ſiccitate humorum. Si talis circulus perſeuerauerit, debent concomitari hæc accidentia, ſcilicet ſuſpitio, puſillanimitas, timor, inſomnietas, & auaricia.

¶ De circulo rubeo & tenui.

Dextera parte fuerit cholerę feruẽtis acumẽ
Si tenuis fuerit circulus atq; rubens.

¶ Expoſitio. Dextera. Circulus rubeus & tenuis, ſignificat in dextra parte, dolorem ex humore cholerico ibidem abundante. ¶ Cõmentum. Dextera parte. Sequitur de circulo intenſo, & tenui qui choleram declarat eſſe in cauſa, et dexteram partẽ capitis affligi, quod rubeus eſt fit ex calore, quod eſt tenuis fit ex ſiccitate. ¶ Dextera parte, in qua præcipue dominatur cholera.

De cir-

¶ De circulo plumbeo.

In ſinuat ſenſus radicem mortificari.
Plumbeus, & ramis hinc nocumenta dari.

¶ *Expoſitio. Inſinuat. Hic determinatur de cir culo plumbeo. Circulus ergo plumbeus epilepſiam ſignificat, & tanquã mortificationem ipſius cerebri, quod eſt radix ſenſus, et deinde ad reliquas par tes corporis malitia tranſmutatur.* ¶ *Commentum Inſinuat. &c. Sequitur de circulo plumbeo, qui ſignificat epilepſiam & quaſi mortificationem ipſius cerebri, & malitiã ad cæteras partes corporis propagandam.* ¶ *Radicem ſenſus. Id eſt cerebri, quod eſt radix ſenſuum, & neruorum* ¶ *Ramis. Id eſt, neruis, qui à cerebri radice producuntur.*

¶ *De rubeo circulo non ſimpliciter, ſed reſpectu liuidi præcedentis.*

De liuente prius ſi poſt rubeus uideatur,
Exurgit cerebri natura, uigor reparatur.

¶ *Expoſitio. De liuente.* ¶ *Circulus liuidus pri mo ſi poſtea fiat rubeus, tunc ſignificatur conuerſio mali ad bonum, & quod ipſa uirtus cerebri confor tatur & melioratur.* ¶ *Cõmentũ. De liuente. Agit de rubeo circulo nõ ſimpliciter, ſed per collationem liuidi coloris præcedẽtis. Et eſt potius mediũ collatiuum quã abſolutũ. Nam ſi in apoplexia minor liuido circulo, in urina prius apparẽte, & in ſecundo die uel tertio, poſtea appareat rubeus, talis eſt mutatio*

tatio dextri excelsi, & fit conuersio de mortificatio ne ad uitæ corroboratione͂, & de caloris extinctio ne ad eius confortatione͂. ¶ Natura. Id est, uirtus re gitiua. ¶ Exurgit. Id est, resurgere significatur.

¶ Sequitur de uiridi circulo.

Si formam causon in febre uiroris adoptet
Felle⁹ ad motu͂ frenesis succe͂ditur humor.

¶ Expositio. Si formam. ¶ Determinat de circulo uiridi, qui apparens in febre acuta inducit timorem de frenesi, & de raptu materiei ad cerebru͂ ¶ Commentum. Si formam. ¶ Sequitur de uiridi circulo qui adustionem significat in acuta febre, un de timendum est de frenesi futura ex superfluitate choleræ. ¶ Felleus. Id est, cholericus.

¶ De circulo tremulo.

Si tremul⁹ fuerit spinalia me͂bra grauātur.
Si niger extiterit uel mordificat uel adurit
Prȩuenie͂s uir⁹ aut liuor distinguit utru͂qȝ.

¶ Expositio. Si tremulus. Circulus tremulus significat aggrauatione͂ in membris spinalibus. ¶ Si niger. Circulus niger duo significat, aut mortificationem & caloris naturalis extinctione͂ aut adustionem. Si mortificationem, tunc præcessit color liuidus. Si adustione͂, tu͂c præcessit color uiridis. ¶ Co͂mentum. Si tremulus. Sequitur de tremulo circulo, qui significat dolore͂ posteriorum partium à nucha usqȝ ad candam, qui etiam significat quod circa illas par-

las partes ſit maxima neruoſitas, & ita dolor qui exiens ſui parte cum urina, & ſuperius aſcendens expellit circulum, unde accidit tremor. ¶ *Si niger* Hic agit autor de circulo nigro, qui ſignificat mortificationem, & aduſtionem uel aduſtionis complementum. Sed diſtinguitur, quia ſi præcedat uiridis ſignificat complementum aduſtionis, ſed ſi præcedat liuidus cholor, ſignificat detrimentum mortificationis.*

¶ De *ampulla in circulo urinæ.*

Nō reſidēs ampulla tumēs uiſcoſā cohęrēs,
Morbi crudificat cauſam, morbūq; ꝓlōgat,
Et nefreſim generat cerebrumquę dolore
moleſtat.
Rugitū uomitūq; notat uentrēq; ſolutum.

¶ Expoſitio. *Non reſidens.* ¶ D*icto de circulo dicendum eſt de ampulla quæ quidem ampulla eſt ſecundum contentum, ſecundum ordinem è numerationis ſuperius factum.* Et *eſt ampulla ſpuma circulo cohærens tumida, & inflata & diſtenta, & dilatata, quæ duplex eſt ſcilicet permanens, & non permanens.* De *ampulla non permanenti, non determinatur in medicina, cum illa ſit tranſitoria & facta per effuſionem urinæ, uel etiam alterius liquoris et illa appellatur ab iſto auctore ampulla reſidēs.* Am*pulla uero permanens eſt iſta, quæ poſt effuſionem ipſius urinæ, longū tempus durat et permanet, quia*

iſta

ista ab intrinseca causa procedit & generatur ex humorum perturbatione uentositate interius interclusa. Et ideo quia talis ampulla dispositionem corporis humani significat, determinatur de ipsa in medicina. Et ista ampulla ab autore uocatur non residens, id est, diu perseuerans. Regula ergo taliũ est de ista ampulla. Ampulla in urina per longum tempus durans & permanens tumida & dilatata & distensa ex uentositate interclusa & uiscosa, & cohærentiam habens cum circulo, ita cum baculo stupa inuoluto, & in urinali imposito de difficili potest à circulo remoueri, tunc talis ampulla significat morbi cruditatem & ipsius longitudinem. ¶ Et nefresim. Ista eadem ampulla passionem renum significat, causa uero habetur in cõmento. ¶ Cerebrũq; Ista etiam ampulla significat dolorem capitis propter fumositatem à cruda materia resolutam, & superius ascendentem ad cerebrum & menyngas ipsius inflat, & sic efficitur dolor in capite. ¶ Rugitum. Eadem ampulla significat rugitum ex uentositate generata & uomitum & solutionem uentris. ¶ Commentum. Non residens &c. Ex prædicto tractatu de circulo agit de ampulla, quæ secundum urinæ contentũ iuxta ordinem enumerationis est. Est autèm ampulla spuma circulo cohærens magis tumida & distensione partiũ magis dilatata. Ampullarum uero alia residens, alia nõ residens. Residens

 est illa quæ

est illa quæ cito euanescit, & illa generatur ex impe
tu effusionis: unde ex quolibet liquore sicut ex aqua
uel uino præcipue alicui uasi impetuosæ infusa am-
pulla generatur. Sed postea modico tempore reuolu
to annihilatur cito, nec pristini status uestigia reti=
net, & de tali ampulla cum sit transitoria & non
permanet, nõ agit phica, quia non est necessaria ad
demonstrandum habitudinẽ humani corporis, quia
non fit ex aliqua perturbatione humorum, sed tan=
tum ex aere exteriori. Ampulla uero non residens,
est quæ post effusionẽ urinæ diu perseuerat, quia ab
interiori causa cõsurgit, scilicet ab humorũ contur=
batione & motiõe intus clausa uentositate. Et de ta
li ampulla hic agitur, quia dispositionẽ humani cor=
poris designat. Vnde de ampulla talis datur regula.
Ampulla in urina diu perseuerans humida & dila=
ta distensa ex uentositate interclusa uiscosa & co=
hærentiam habens cum circulo, ita q; baculo stupa
inuoluto in urinali uase imposito, uix potest à cir=
culo remoueri, talis significat cruditatẽ materiei &
morbi prolixitatem, & nefreticam passionem, &
capitis dolorem, quód non est residens, per hoc cau-
sæ permanentia, & maliciæ radicatio designatur, q;
uero est humida & in partibus dilatata, per hoc uen
tositatis grossæ interclusio significatur, q; est cohæ=
rens ex uiscositate materiei progreditur. Talis er=
go cru=

go cruditatem materiei portendit. Cruda namque materia & frigida actione caloris, cum non possit plenarie excoqui & digeri, resoluitur in grossam uentositatem, qua resoluta & à debili calore non consumpta partibus humidis intercluditur, & per meatus continuos hepatis ad hepar accedens superfluitati secundæ digestionis admiscetur. Postmodum cum urina purgatur. Eadem ampulla significat morbi prolixitatem, ubi namque est materiei cruditas, morbi prolixitas concomitatur. Eadem significat nefresim, id est, passionem renum. Cum igitur crudi humores ostenduntur esse in causa, qui cum renibus habent similitudinem, renes enim frigidi sunt, & à fonte caloris remoti, cum sint frigidi & materia sit frigida cum substantia & grauitate compressionis similitudinem cum sanguine renis nutrituro attrahitur illa materia ad renes, quæ cum non possit consumi, quia multa est, & quia calor est debilis in renibus præter naturam superflua remanent & nefresim inducit. Eadem etiam ampulla capitis dolorem monstrat, quia uentositatem interclusam indicat, quia fumositas à cruda materia resoluta à sui leuitate superius respiret dolorem inducit, capitis & menyngas cerebri distendit. Hanc autem regulam & methodum trahimus ab Hippocrate in. 7. aphorismorum. Ait enim Hippocrates.

Quibuſcunq; ampullæ in urina ſupernatant ijs ne-freſim, ſignificat longam ægritudinem fore. ¶ Non reſidens ampulla. Id eſt, die permanens poſt urinæ effuſionem ad differentiam eius, quæ fit ex impetu effuſionis. Et talis non eſt utilis ad prognoſticandū circa corpus humanum. ¶ Tumida. Id eſt, turgida & inflata. ¶ Ventoſa. Id eſt, multa uentoſitate diſtenſa. ¶ Cohærens. Id eſt, inuiſcata circulo. ¶ Propagat. Id eſt, prolixat.

¶ De granulis.

Granula reumaticę ſemper ſunt nūcia cauſę.
In circi ſerie ſi granula fixa tenentur,
In cerebro ſecreta latet confuſio morbi.
Si ſubſtēt depreſſa parū nec mota regreſſum
Accelerēt, capiti loca ꝓxima percutit humor
Pronior ad partem ſit, fluxus debiliorem.

¶ Expoſitio. Granula. Determinato de ampulla ex conſequēti determinatur de granulis. Granula ſunt quædam grana parua ſpuma interciſa & in circulo diuiſa in multas partes ipſius circuli. Regula eſt illa. Granula ſignificāt fluxū humorū à capite ad aliquā partē corporis inferiorē deſcendentiū. Cū ergo reuma fluat & deſcendat à cerebro mēbro frigido & humido, ſecundū illā partē debilē, ad quā fluit, accipit denominationem, ſicut declaratur in cōmento. ¶ Circi. Si granula fixa permaneant in circulo, tūc ex hoc ſignificatur ꝙ in cerebro morbi materia continetur.

tinetur. ¶ Si substent. Si illa granula permaneant sub circulo & motu urinali ad circulum nõ ascen=dat, secundum q, magis uel minus depressa sunt sub circulo, secundum hoc significatur dolor membrorũ capiti propinquorum uel elongatorum. ¶ Premor, Hic redditur una causa ex parte membri recipiẽtis, & est debilitas membri, quia cum ipsum membrum sit debile, sine dubio nequit repellere materiã ad se missam, & possumus intelligere per hoc fortitudinẽ membri impellentis. Et ista est prima causa secundũ Iohannitium. In commento secunda causa & tertia traduntur, scilicet abundantia materiæ & largitas pororum. ¶ Commentum. Granula &c. Post ampullam agit autor de granulis. Sunt autem granula quædam grana spuma intercisa & seiuncta in circulo, id est. in diuersas partes diuisa. Et huiusmodi granula attestantur reumati, id est, fluxui humorũ à capite ad aliqnam partem corporis. Cerebrum namq; cum sit frigidum & humidum, & sit de genere putredinis & medullæ, nutritur frigido & humido nutrimento. Vnde multa humiditas aquosa & fluida multotiẽs in cerebro exuberat, cuius pars per mussillagines narium purgatur, pars per sputum, & rascationes emittitur. Si ergo contingat in cerebro continuam superfluitatem præabundare fit dolor capitis extincta repletiõe naturalis caloris, ut nec subsidiarius in illam materiam agere contendat ipsam

in minutas partes diuidendo. Illæ particulæ ex incontinentia ad partes inferiores reumatizant, & maxime ad eas quas debiliores inueniunt sibi uicinas & suppositas. Si ergo materia moueatur ad strictūram narium facit corizam. Si ad oculos obtalmiam. Si super oculos parum facit dolorem superciliorum. Si ad aures facit tinnitum & uentositatem & surditatis præparationem. Si ad uuulam facit eius relaxionem & raucedinem. Si ad os & linguam, oris & linguæ ulcerationem. Si ad maxillares neruos facit dolorem dentium & gingiuarū. Si ad fauces nodos & brancos in gula. Si ad canales pulmonis & tracheam arteriam facit tussim. Si ad pulmonem facit asma & disniam. Si ad intestina lienteriā uel diariam. Et tunc debent esse spumosæ ægestiones: unde Hip. quibus ægestio spumosæ fuerint ijs à capite defluit phlegma. Si ad os stomachi dolorem & inflationem & indigestionem. In talibus enim debet esse circulus urinæ granulosus. Huiusmodi enim granula significant distillationem reumaticæ materiæ ad capitis partes uicinas, & præcipue ad debiliores, quæ reumatis impetus repellere non sufficiunt, uel expellere non possunt. Quod enim aliud membrum lædatur, tres possunt esse causæ, ut asserit Iohannitius, scilicet, fortitudo membri impellentis, & debilitas recipientis, & hæc est prima causa. Secunda est materiei abundantia. Tertia est largitas pororū

tas pororū

tas pororum. Sed distingue, quia si granula iacent in circulo & excußione urinæ depressa, reuertuntur ad circulum, causa in essentia hepatis manere ostenditur. Si autem depreßa sint infra circulum, nec ad circulum suum reciprocet motum, prout magis & minus depressa fuerit, iuxta hoc dolorem inferiorum partium uicinarum capiti, uel remotarũ significat & grauedinem. ¶ Circi. Id est, circuli fixa, ita quod si depressa fuerint ad circulum reuertuntur.

¶ De nubecula.

Corporis aeri nubecula spiritualis,
Indicat offensę uitium iecorisq; calorem.
Est uentosa uel incensi fit spuma caloris,
Nuncia particulis continuata suis.
Hoc color urinę probat & substãtia spumę.
Spiritus ingrossat attenuatq; calor.
Intercisa manẽs granis distincta minutis,
In becilla graui reumate membra ferit.
Indicat ictericũ uel hepar protẽdit aduri.
Si nigra uel uiridis uel quasi tincta croco.

¶ Expositio. Corporis. ¶ Dicto de granulosis, consequẽter agit autor de nubecula. Nubecula est quædam fumosa & uaporosa superfluitas generata actione caloris, obscuritatẽ habens, & ita nebula cum sit leuis in urina superius tendit, & ipsam urinam efficit obumbratã. Ista igitur nebula duo significat,

ſcilicet diſtemperantiam membrorũ ſpiritualium, & tunc debet eſſe quædam liuiditas, & ſignificat hepatis calefactionem, & ſpuma debet eſſe crocea. ¶ Eſt uentoſa. Hic agitur de ſpuma, quæ quidẽ multiplex eſt, ſcilicet, quædam eſt granuloſa, de qua dictum eſt in cap. de granulis. Et eſt quædã ampulloſa, de qua dictũ eſt in cap. de ampulla. Et eſt alia ſpuma cõtinua, de qua hic agitur. Iſta ergo ſpuma cõtinua duo ſignificat, ſcilicet, uentoſitatẽ, & hoc cognoſcitur, ſi color urinæ ſit diſcoloratus, aut ſi ſubſtantia urinæ ſit groſſa. Significat etiã uehementiã caloris & ebullitionis, & hoc cognoſcitur, quia color urinæ eſt intenſus & ſubſtantia ſubtilis, ſpuma etiã crocea, ſignũ eſt calefactionis. Vnde ſpuma ſignificationẽ habet in colore, quia quædã eſt crocea, quædã uiridis, quædã nigra, & ſecundũ hoc diuerſa ſignificat. ¶ Cõmentũ. Corporis aerei. Poſt granula agit autor de nebula. Eſt aũt nebula quædã ſuper fluitas fumoſa & uaporoſa actione caloris generata particeps obſcuritatis, quæ cum ſit leuis & aerea emiſſa cũ urina eã obumbrat. Talis ergo nebula apparens in urina ſig. diſtemperantiã membrorũ ſpũalium, & occupat ſuperficiẽ urinæ, quæ corpus aereum nuncupatur, & reddit urinã participẽ quadã liuiditate. Talis etiã nebula apparens hepatis calorẽ inſinuat, quod plenius certificatur per croceitatem. ¶ Corporis aerei. Id eſt, in ſuperficie. ¶ Offenſæ ſpiritualiũ.

ritualium. Id est, passioni spūaliū membrorum, quæ sunt quasi fornax & caminus totius caloris. ¶ Ieco ris. id est, hepatis. ¶ Est uentosa. Post nubeculam agit autor de spuma, Hic ergo per spumā intelligimus spumā carentē ampullositate. De spuma autem ampullosa præmisit. Spuma enim multiplex est. Alia est disiuncta & intensa & quibusdā granulis distincta: de qua agit autor in ca. granorū, & hoc replicat de eadē ex incidenti gratia diuisionis. Est & alia spuma uentosa & ampullosa, de qua superius proposuit in cap. de ampulla. Est alia spuma tertia nō granulosa nec ampullosa sed continua, & talis sig. dominiū uentositatis aut uiolentiam caloris & ebullitionis. Hic distinguitur per calorē urinæ & testimotum ebullitionis. Cū uero urina sit discolorata, est augmentū indigestionis & uentositatis. Item si subtilis & nimiū tenuis fit ex calore. Si croceitate participet fidele præstat argumētū incensiōis. Item si spuma uariatur secūdū colorē, quia alia est nigra aut uiridis aut crocea. Nigra enim sig. melanchiron aut hepatis adustionē. Viridis agriacā. Crocea ictericia croceā. ¶ Ventosa. Ampullosa de qua dictum est uentositatis nuncia. ¶ Intensi coloris. Id est, incensiui. ¶ Spūs. Ventositas ingrossat spumā sua interclusione. ¶ Attenuat. Id est, cōsumendo uentositatē interclusam. ¶ Intercisa. De hoc dictū est, sig. enim ictericiam nigram uel uiridem uel citrinam.

¶ Sequitur de ſanie.

Vlcera ueſicę ſanies effuſa fatetur,
Aut renum ſcabiem ſi grauis adſit odor.
Ex hepatis regione fluit ſedimen ſanioſum,
Hoc dolor, & partis actio lęſa docet.

¶ *Expoſitio.* Vlcera. ¶ *Hic determinatur de ſanie, quæ quidē ſanies emiſſa in urina, ſignificat ulcerationem renum aut ueſicæ aut hepatis*. Et diſtinguitur, *quia ſanies emiſſa à renibus, uel ueſica grauem odorem habet, & illis partibus dolor ſentitur. Sed ſi ab hepate ſanies emittatur, tunc dolor eſt in dextro hypochondrio, & aggrauatio & uirtus digeſtiua impedit.* ¶ Cōmentum. Vlcera ueſicæ. ¶ *In hoc capitulo tractatur de ſanie, quæ cum urina effuſa, ſignificat ulcerationem ueſicæ, aut renū, aut hepatis ex aliqua ſuperflua materia in eius regione collecta. Sed utrum à renibus uel ueſica, uel hepate emittatur, ſic diſtingue, nā à renibus ueſica emiſſa grauitatem odoris portendit, & in partibus illis et locis adiacentibus dolor ſentitur. Sed ab hepate nequaquam. Sed in dextro hypochondrio pulſatio doloris, & quodam pondus percipitur, & operatio digeſtiuæ uirtutis impeditur. Hoc ergo elicimus ab Hipocrate, qui in fine quartæ particulæ dicit. Si pus mingat & ſquamas & grauis ſit odor, tunc renum aut ueſicæ ulcerationem ſignificat.*

De pingue-

ℭ De pinguedine in urina apparente.

Pręcedens olei formam resolutio pinguis,
Cũ febre dissoluit totũ, lumbo sine febre.

ℭ Expositio. Hic determinatur de pinguedine apparente in urina, & dicit autor, quod illa pin= guedo apparens in urina, aut est cum febre, aut sine febre. Si cum febre, tunc significat dissolutionem to tius corporis. Si sine febre, significat dissolutionem fieri à renibus. De urina pingui & unctuosa, et ole agina, quãdo significat totius corporis resolutionẽ, aut dissolutionem renum. Et quot modis dissolutio totius corporis à dissolutione renum distinguatur, optime ponitur in commento. ℭ Cõmentum. Præ cedens. Post saniem sequitur capitulum de pingue= dine. Hoc nomine pinguedo intelligitur pinguis quæ dam & unctuosa substantia à membris resoluta, quæ emittitur cum urina, urina autem magis uel mi nus pinguis uel oleagina, apparet secundum quan= titatem resolutionis maiorem uel minorẽ, & secun dum processum caloris, in resolutione procedentis. In principio namq; resolutionis ipsius pinguedinis apparet urina oleagina quasi olei colorem habens, in augmento uero est quasi oleũ. In statu uero est ut ipsa pinguedo et ipsum oleũ. Vrina ergo habẽs olei colorem in principio declarat liquefactionẽ, et qua si aquosa apparet, quod est ut oleum habet in se per fectionẽ cõmixtiorem olei, & talis est in argumẽto

& signi

& significat processum, & augmentum liquefacti onis, sed quæ oleagina & in colore & in substantia quasi ipsum oleum, significat statum resolutionis, & ultimatam caloris dissolutionem. Talis quidem urinæ ethicæ febres sunt familiares. Sed nota quod talis urina apparet, aut cum febre aut sine. Si cum febre significat dissolutionem totius corporis, quippe si cum febre morbus sit uniuersalis. Si sine febre particularē resolutionem, significat renum & lumborum. In renibus namq; & lumbis, multa pinguedo circumuoluitur, & operit eos, qua pinguedine resoluta exeunte cum urina, copiosior fit emissio unctuositatis quasi si à toto corpore emitteretur. Hæc enim prope urinales meatus constituta est, & ideo cum sit multa & prope posita, nec adsit calor consumptiuus, quia est sine febre ex quo incipit resolui copiosius purgatur. Sed illa quæ à toto corpore in minori quantitate emittitur, tum quia est in ea febrilis calor, qui eam consumendo eius minuit quantitatem, tum quia remota est à uijs urinalibus. Hæc autem trahimus ab Hip. ultima particula ubi ait. Quibuscunq; pinguis hypostasis & globata est, his nefreticam & acutam, significat ægritudinem fore in prima specie feb. ethicæ. Pinguedo urinæ distincta est, per partes in superficie, si est in uiro carnoso non ualde crasso. In secunda specie totam superficiem urinæ occupat sicut tela aranea, in tertia specie pin-

cia pinguedo diffusa est per totum, unde urina fusa super lapidem ranco sonat sicut oleū. Pinguedo resoluta à renibus tribus modis distinguitur à pinguedine totius, quia pinguedo totius non est tanta, nisi forte in tertia specie ethicæ. Secundo distinguitur quia pinguedo renum statum, apparet post urinæ effusionem, quæ cum sit difficile miscibilis de natura, & sit decisa à partibus propinquis, non cum ea consociatur, & ideo urinæ incommixta apparet à toto corpore decisa, ex ui decoctionis in hepate cum urina perfectius admiscetur, & ideo fit minus apparibilis, quia nō cadit in una & eadem parte &c. Tertio distinguitur, quia pinguedo renum non facit ad intentionem urinæ, nisi forte hepar sit calefactum. Sed ab omnibus membris resoluta sit, cum intensione urinæ & tenuitate.

¶ De crudo humore.

Humor in urina fit summꝰ, pedulus imus
Membraq; supręma ledit mediana uel ima.
Stranguriam nefresim residens facit atq; te/
nasmum.
Nutritiua grauat mediꝰ diafragma supm̄ꝰ.

¶ Expositio. Humor. Hic agitur de crudo humore, qui emittitur cum urina, tria sunt quæ habēt similitudinem, scilicet crudus humor, putredo & sedimen. Sed quomodo discernantur satis bene traditur in cōmento. Crudus ergo humor emissus in urina quan

na quan

na quandoq; occupat partem superiorē urinæ, quādoq; partem mediam, quandoq; inferiorem, & secundum hoc diuersis regionibus humani corporis attestatur. Si enim occupat supremam partem, tūc significat ægritudinem pectoris, & membrorū spiritualium, & diaphragmatis cōpressionē. Si uero mediam occupat partē, tunc significat uitiū stomachi cū repletione superfluitatis et tortio uentris & ruitus intestinorū. Si inferiorem occupat partem, tunc renum & lumborum & partium adiacentium declarat passionem & stranguriam nefresim.

¶ Cōmentum. Humor &c. ¶ Post pinguedinē agit de crudo humore, qui purgatur cū urina. Et notandum est, quod tria sunt quæ similitudinem inmutatione prætendunt speciei sedimen, scilicet sedimen putredo, & crudus humor. Est ergo diligenter discernendum sic. Si mota urina sedimen in paruas hypostases resoluatur, hypostasis est, & habet formā magis æqualem non adeo interruptam. Est autem hypostasis superfluitas, tertiæ digestionis. Si uero mota urina dissoluatur in pingues & oleagines resolutiones, & ipsa urina fetida sit & mali odoris significatur, quod putridus est humor. Item tale sedimen saniosum, & inæquale est & insipidum. Si autem mota fuerit urina, in quadam athomosas resolutiones & dispergitur, cruditas humorum intelligatur. Crudus itaq; humor cum urina emissus aut superiorem

occupat

occupat partem, aut mediam aut infimam. Si superiorem obtineat, declarat uitium pectoris & spiritualium & cõpressionem diaphragmatis, ut asma uel dyspnoeo uel hæmatoica passio declaratur. Si mediam obtineat partem uitium stomachi, ex repletione superfluitatis, uel tortio uentris & inflatio et rugitus intestinorum indicatur. Si infimam partem obtineat passio renum & lumborum, & partium adiacentium, tenasmum nefresis stranguria et tibiarium & genuum dolor manifestatur.

¶ *De sanguinea urina.*

Ex uitio iecoris trahitur mictura cruoris.
Vesicę aut renũ uenę chilis hęc tibi plenum.
Prouida signorũ doctrina facit reliquorum
Fundit trumbosum uesica grauẽ maculosũ
Et subsistentem modicũ fętoris habentem.
Minctio fit pura uenę chilis ex crepatura.
Et dolet a fine grauiter pars septima spinę.
Si fluat a lumbis purus manat & sine trũbis
Renum testatur id punctioq; concomitatur
Dextrã dolor cruciat si fluxꝰ ab hepate fiat.
E sanguis purus manat fomenta daturus.

¶ *Expositio. Ex uitio.* ¶ *Hic determinatur de sanguine existente cum urina, qui quatuor significat, scilicet aut uitium hepatis aut uesicæ aut renum aut rupturam uenæ chilis, & hoc quod dicit usq; ibi. Hoc tibi plenum.* ¶ *Hic ponit specificationes*

cum

cum alijs conditionibus, & primo quando procedit à uesica, ibi. ¶ Fundit trumbosum. Hic specificatur quando sanguis procedit à uesica, quia sanguis ille est trumbosus in modum globi, & habet grauē atq; fetidum odorem, & in fundo residet, & talis sanguis est spissior & ponderosior. Rationes horum satis ostenduntur in commento. ¶ Mixtio. Hic specificatur quando sanguis procedit ex ruptura uenæ chilis, quia tunc sanguis est purus, & maximus dolor sentitur in septima spondili facta connumeratione ab inferiori parte. ¶ Si fluat à lumbis. Hic specificatur sanguis exigens à renibus, quia tūc sanguis est purus, & non est trumbosus, & dolor & punctio sentitur in renibus. ¶ Dextera dolor. Hic specificatur sanguis exiens ab hepate, & ille sanguis est purus sincerus, & dolor in dextro hipochōdrio sentitur uehemens. ¶ Cōmentum. Ex uitio. In hoc. ca. agit autor de sanguine qui quādocunq; cum urina emittitur. Sanguis ergo emissus cum urina, aut procedit ab hepate, & tunc debet esse purus & sincerus, & in dextro hipochondrio sentitur. Et talis sanguis, cum sit calidus urinæ perfectus admiscetur aut procedit à uesica, et tūc debet esse sanguis trumbosus in modum globi, & grauis odoris & in fundo residens, quia tunc fit frigidus, utpote ad nutrimentum membri frigidi destinatus impurior est & spissior & ponderosior. Receptus etiam infra con=

cauitatem

cauitatem uesicæ, quia frigidum membrum est amplius & globatur & corrumpitur, quia debilem habet calorem, unde non potest à superfluis depurari, ergo quia frigidus est, ideo globosus et grauis ad fundum descendens, ideo & grauis odoris, nec urinæ commiscetur, unde à uesica originem dicitur habere circa pectinem & peritoneon, & circa extremitatem uirgæ in emissione urinæ punctura sentitur, & etiam talis sanguis potest in urina petrificari, & cum hoc etiam sua globositate, & etiam frigiditate, & cum hoc etiam secundum loci continentis petrificationem faciente, ex qua multi perierunt. Et ut refert Galenus, talis sanguis quandoq; per uirgam in modum sanguisuge emittitur. Si à lumbis distrahit originem purus est, & in renibus dolor & punctura sentitur. Si ex ruptura chilis uenæ prouenit purus, similiter est & in septimo spondili facta connumeratione ab inferiori parte dolor sentitur uehemens. Huius dogmatis firmitatem trahimus ab Hippocrate. Dicit enim si sanguinem mingat, quis aut pus quasi puluerulentum sanguinem ad differentiam puri. Et postea subiungit etiam squamas, per quod significatur ulceratio uesicæ. Et subdit, & ardor grauis fit, ex quo habetur corruptio sanguinis, & tunc quidem ulcerationem significat uesicæ. Item dicit Hippocrates. Si sanguinem mingunt, & trumbos & stranguriam habent, & dolor incide-

 rit in pe-

rit in pectinem & peritoneon circa uesicam dolorem significat. Ex his enim passio uesicæ significatur. Item determinat Hippocrates, quando à renibus procedit, ut dicit. Quicunque sanguinem sponte mingunt, his de renibus rupturã uenæ significat.

¶ Determinat de arenis.

Renum uesicę lapidem testantur arenę,
Renum si rubeę, uesicę si magis albę.
Aemula contenti forma sit suo continenti.

¶ Expositio. Renum uesicæ. Hic determinatur de arenulis quæ significant passionem aut renum aut uesicæ. Renum si apparent rubeæ in calore. Vesicæ si apparent albæ, & hoc secundum colorem membri à quo deriuantur. Est autem notandum, quod arenæ rubeæ quandoq; apparent in patientibus duplicem tertianam uel simplicem, & maxime in habentibus renes siccos propter discrasiam febrilem. Apparent arenæ rubeæ de calculo. Quid sit & quomodo generatur, & quid sint causæ generationis ipsius calculi satis in commento manifestum est inspicieñti.

¶ Commentum. Renũ. In hoc ca. agit autor de arenulis, quæ quandoq; emittuntur cum urina & passionibus uesicæ, attestantur autem in renibus nefresim, aut lithiasim fore in uesica ostendit. Sed arenæ aut subrubeæ aut albæ, aut subnigræ. Si rubeæ & molles à renibus euenire perpendũtur. Renes enim rubei sunt & molles & carnosi, & sanguinem continent:

tinent: unde arenæ ibi generatæ iuxta formam sui continentis in rubeitatis speciem perpenduntur. Si albæ sunt potius a uesica proueniunt. Vesica namq; alba est, & secundum formam continentis contentum immutatur. Omnis enim res trahitur ad suam originem, uel à loco suæ generationis, uel à re agente uel patiēte à loco sicut apostemata, quæ talia debent esse qualia sunt loca ubi nascuntur, ut formatæ in loco otioso. Si nigra sint de melancholica materia fiunt, & sunt omnibus peiores, quia sunt de grossiori materia. Sed quæ sunt albæ citius dissolui possunt, quia ex phlegmaticis humoribus crudis & indigestis congelatis generantur. Calculus itaque qui fit ex nigris arenis sibi conglutinatis, conglutinatur & conflatur, & omnium pessimus est, & si magnus fuerit non potest curari nisi per incisionem, aut fit de albis arenulis de phlegmatica materia productus, ille nisi fuerit multum adultus & in processu temporis excoctus & induratus diureticorum beneficio, & antidotariorum medicaminum facilius potest curari. Et nota quòd in pueris fit frequentius lithiasis propter humorum uiscositatem in eis abundantium, in iuuenibus uero fit nefresis frequentius propter siccitatem renum. Vnde sanguis desiccatur, & subtiles partes consumūtur terrestribus igitur remanentibus reliquæ indurantur. Noli autem

ti autem ſemper terreri, quotiens uideas arenulas rubeas in urina apparere, nec ſtatim præcipites ſententiam de calculo, quia in patientibus duplicem tertianam uel ſimplicem, & maxime in habentibus renes ſiccos arenulæ apparent rubeæ propter febrilem diſcraſiam. Item nota, q; tres ſunt cauſæ generationis calculi, ſcilicet abundantia ſuperfluitatum, & uiſcoſitas earum, anguſtia meatuum, & debilitas uirtutis expulſiuæ, ipſæ igitur cauſæ fortius ſunt in pueris, & ideo iſti paſſioni magis familiares exiſtunt. Tribus de cauſis apparent arenulæ, ſcilicet, uel ex calculo, uel artetica, uel longa quartana. In artetica ex induratione humorum, in quartana ex melancholia deſiccante & indurante humores, ut habetur in Alexandro de ptiſico, qui lapidem expuit, qui generatus erat in canalibus pulmonis ex humorum induratione. Et nota quod arenulæ ſignificant quandoque lapidem confirmari, & quandoq; diminui. Si prius non apparentes, quotidie multiplicentur magis, magis quouſque minus apparent, ſignificant lapidem diminui. Si prius diu multis apparentibus, quotidie diminuuntur, magis ſignificant lapidem confirmandum, quandoque uero penitus non apparent, cum tamen non ſunt purgatæ, tunc ſignificant lapidem confirmatum.

¶Determinat de pilis.

Formæ

Forma pilo similis uel erit decisio carnis.
Aut pars humoris lima siccata caloris.
Inde probes renũ uel totius nocumentum.

¶Expositio. *Forma.* *Hic determinatur de pilis. Pili sunt quædam resolutiones longæ & graciles ad similitudinem pilorum, & emittuntur cum urina, & significant aut dissolutionem renum & lumborum, aut siccitatem humorum ex acuitate caloris desiccatorum, & hoc habetur in commento.* ¶*Nota* ꝙ *isti pili apparent aut cum febre, aut sine febre, si cum febre, significatur totius corporis dissolutio. Si sine febre, dissolutio renum & lumborũ.* ¶*Commentum.* Forma. ¶*In hoc capitulo agit autor de pilis. Sunt autem pili quædam resolutiones longæ & graciles in modum pilorum, quæ cum urina emittuntur.* Procedunt *autem ex dissolutione renum & lumborum, uel fiunt ex humoribrs siccatis, quod distinguitur & sententiatur in tali resolutione, quando digitis confricatur quasi soliditas carnis, tunc de substantia renum esse perpenditur, significat dolorem renum & lumborũ ex acuitate caloris eos dissoluentis, & partes eorum decidentis, & tales apparent in diabeticis, unde* Hippocrates *in aphoris. Quibuscunq; modica caro aut pili exeunt pingui existente urina his à renibus egrediuntur, uel his edu-*

ctio de renibus fit. Si autem pili illi confricatis digitis cedant compressioni, nec statim euanescant, ita ut subsit aliqua soliditas de siccis & induratis humoribus fieri significantur. Et si resolutiones longæ apparent & aliquantulum grossæ, significant opilationem renum & lumborum, quandoq; dextri renis, quandoq; sinistri, & quandoq; utriusq; . Si dextri, dormitatio & formicatio in dextro pede sentitur. Si sinistri, in sinistro pede. Si utriusq;, in utroq; sentitur. Ex tali enim opilatione nerui comprimuntur, & ex compressione eorum spiritus animalis, cuius proprietas est currere per neruos sensum, & uoluntarium motũ impendere nequit partibus extremis, unde per neruos spũs animalis nõ potest libere transire propter cõpressionẽ prædictã, unde dormitatio uel formicatio occurrit. Et nota quod pili apparent in urina aut cũ febre aut sine febre. Si cũ febre totius corporis dissolutio significatur. Si sine febre de renum substãtia fieri decisio particulariter iudicatur.

¶De squamis & furfuribus,

Per squamas tenues & furfurea micta notat.
Vesicę scabies, aut si febris concomitatur.
Totius fuit integritas corpus tenuatur.

¶Expositio. Per squamas. ¶In hoc loco determinat autor de squamis & furfuribus. Squamæ sunt quædam resolutiones latæ & rotundæ ad similitudinem squamarum piscium, quæ quidem à superficie mem

cie membrorum abraduntur, & uocantur ſquamæ petaloides, & iſtæ ſquamæ apparẽtes in urina, quãdoq; ſignificant diſſolutionem totius corporis, ſcilicet ſi adſit febris. Si uero non ſit febris particularis, diſſolutio & ſcabies ueſicæ ſignificatur. Furfura ſunt quædam reſolutiones ad ſimilitudinem furfuris & ex caloris uiolentia à membris dilacerantur & abraduntur, Iſta ergo furfura ſunt alba, quia membra à quibus decidũtur alba ſunt, & etiam ſunt magis groſſa q̃ ſquamæ, quia magis profundæ à membrorum ſubſtantia diſſoluuntur. Talia ergo contenta furfurea apparentia in urina, ſignificant aut totius corporis diſſolutionem aut ſolum ueſicæ. Si ergo cum apparent adſit febris, tunc diſſolutionem totius corporis ſignificant. Si uero ſine febre apparent, ſignificant diſſolutionem ueſicæ, ſolum cognoſcitur etiam per digeſtionem & indigeſtionem. ℂ Commentum. Per ſquamas. Sequitur de ſquamis & furfuribus. Sunt autem ſquamæ quædam reſolutiones latæ & rotundæ, quæ quaſi à membrorum ſuperficie actione caloris dilacerantur & abraduntur, & ſunt quaſi petala, quæ ex tritico ſunt, & modicis ſquamis piſcium aßimilantur: unde ſquamæ petaloides nuncupantur huiuſmodi reſolutiones à membris deciſæ, quandoque cum urina purgantur, & indicant diſſolutionem totius tantum aut ueſicæ. Si igitur adſit febris cum apparent, ſignificat

dissolutionem totius corporis, ut in febre ethica con tingit. Si sine febre & indigestione, tunc particularis dissolutio & uesicæ scabies demonstratur. Hoc affirmat Hipp. in aphoris. ubi ait, si squamas mingunt & dolor grauis sit uesicæ, ulcerationes significat. Furfura sunt quædam resolutiones in modū furfuris dispositæ, & à membris decidentes ex uiolentia caloris. Sunt etiam albæ, quoniam ipsa membra alba sunt, tales emittūtur cum urina, & sunt grossiores squamis, quia non ita superficialiter raduntur, sed à calore inserto profundius à membrorum substantia euelluntur. Vrina ergo furfureas habens resolutiones aut dissolutionem totius corporis significat aut uesicæ tantum. Vnde sic distinguitur per febrem & non febrem, per digestionē & non digestionem, Hip. autē in aphor. Quibus in urina pingui existente furfurea mingūtur, his uesica scabit. Petala & furfura dissoluūtur à uesica. Sed non crinoides, quia uesica non est solitū corpus, sed est tenuis & pelliculosa prædicta corpora quandoq; fluunt ab humoribus calore liquidas partes consumente uel frigiditate condensante. Sed cum alijs signis in prima specie ethicæ apparet petaloides. In secunda furfurea. In tertia crinoides.

¶De crinoidibus.

Certa fides per crinoides ꝙ tertia febris.
Est ethicę species imis inserta latebris.

Expositio

¶ Expositio. Certa. ¶ Hic determinat de crinoidibus, & sunt crinoides quædam resolutiones grossæ, quæ caloris uiolẽta multum profunde à mẽbrorum substantia euelluntur, & sunt maiores quã squamæ & furfura. Habent enim crinoides tres dimensiões magnas, scilicet latitudinem, longitudinẽ & profunditatem. Crinoides igitur in urina apparentes, tertiam speciem ethicæ significant. ¶ Commentum. Certa. ¶ Sub uno titulo egimus de squamis & furfuribus. In hoc capitulo sum tractaturus de crinoidibus. Sunt autem crinoides quædam grossæ solutiones decisæ à membris uiolentia caloris incensi & intrusi membris, & sunt maiores furfuribus, & petalogidibus in trinam dimensionem, scilicet latitudinem, longitudinem, & profunditatem grandescunt propter quod significatur quod membrorum substantia, amplius & plenius dissociatur. Dicitur autem crinoides ab idos, quod est forma & crino qđ est duo, quasi forma duarũ prætẽdẽs. Sunt aũt crinæ uel crina grossiores partes uel particulæ tritici, quæ in principio mollitiõis & attritiõis mollæ de granis integritate diuidũtur. Tales aũt crinoides, in urina apparentes tertiam speciem ethicæ designant, cum autem sint ita rotũdæ à uesica nõ procedunt. Vesica namq; magis accomodatur resolutioni furfurum & squamarum quàm crinoidarum apparent, quandoq; tales crinoides rubeæ & sub. in

febre acuta propter ſanguinis infectionem & peſſimum eſt, & quandoq; paſſionem ſolidorũ membrorum teſtatur, unde Hypo. in ultima particula ait. Quibuſcunq; in febre in urinis, crinoides hipoſtaſes fiunt longã ſignificant ægritudinẽ, id eſt, ecticam,

¶ De athomorũ reſolutionibus & albis minutis.

Innuitur gutta regnare per alba minuta.
Si mulier fuerit non alterum tibi deerit,
Quin & cõceptus adſit uel languor inept9.

¶ Expoſitio. Innuitur. Hic determinatur de athomoſis reſolutionibus et albis minutis. Iſtæ ergo reſolutiones apparentes in urina tam in uiris quàm in mulieribus, uitium guttæ ſignficant. Et ſecundũ regionem urinæ quam occupant, ſignificant corporis humani regionem affligi, quia ſi in parte ſuperiori urinæ, tunc ſignificat partem ſuperiorem corporis pati guttam, & ſi in media mediam, & ſi in fundo urinæ inferiorũ corporis partiũ, guttam ſignificant. Eſt tamen notandum quod ſi iſtæ reſolutiones athomoſæ & albæ in urina mulieris appareant, & pingues ſint in modũ loturæ anuli in fundo reſidentes inferius. Et poſt modicum tempus conglobantur inquam tales reſolutiones mulierem ſignificant concepiſſe, & ſi appareant ſubrubræ & rotundæ ſignificant mulierem maſculũ concepiſſe. Si uero appareant albæ uel ſicut liuidæ et late formæ ſignificãt feminam concepiſſe. Si uero cum omnibus prædictis

ſignis

ſignis mulier nō concepit tunc ſignificat guttam ſi-
cut dictum eſt, uel matricis humoroſitatem, & tūc
urina eſt magis ſpiſſa. ¶Commentum. Innuitur. Se
quitur tractatus de athomoſis reſolutionibus & al-
bis minutis, quod idem eſt. Athomoſæ reſolutiones
& albæ, ſignificāt uitium guttæ tam in uiris quàm
in mulieribus. Sed ſi appareant in fundo, ſignificāt
guttam inferiorum partium. Si in media regione ap
parent uitiū guttæ ſignificāt in medianis partibus,
ſcilicet à regiōe generatiuorū uſq; ad diaphragma.
Si uero apparent in parte ſuperiori ſuperiorū par-
tium guttā ſignificant. Sed ſi per totam urinæ ſub-
ſtantiam diſfunduntur guttam omniū membrorum
ſignificant. Tales autem reſolutiones in urina mu-
lieris apparent & fit pinguis, & maxime in parte
inferiori in modū loturæ anuli inferius reſidentes,
& ſi poſt modicū tempus conglobantur, ſignificāt
mulierē concepiſſe, et ſi appareant ſub rubeæ & ro
tundæ formæ ſignificāt maſculū concepiſſe, qđ cum
rubeæ ſunt uel ſubrubeæ, ſignificatur qđ naturalis
calor eſt ſufficiēs dare eis talem colorē. Si uero ap
pareāt albæ et quaſi liuidæ et latæ formæ, ſignificāt
fœminam concepiſſe. Per talem nanque colorem uri
næ ſignificatur debilitas naturalis caloris non ſuffi
cientis eis colorem perfectum attribuere. Si uero
non concepit mulier, & tales apparent reſolutio-
nes ſignificat quod concepit dolorē & paritura eſt

iniquitatem

iniquitatẽ. Solũ enim uitiũ guttæ, significatur siue ostenditur in muliere, ergo tales resolutiões æquiuocantur, uel ad cõceptũ significãdũ, uel ad arteticã, uel humorositatẽ matricis, et tũc urina spissior est. Iste sunt urinæ scilicet muliebres, quæ magis deludunt artificem. De talibus namq; urinis, dare sententiam periculosum est, cum ad utranq; se habeat, quæ dicta sunt. Vnde de talibus ueritas ignoratur, tum propter fetum, tum propter mulierem, in uiris autem tales urinæ cũ albis minutis, securiores sunt ad iudicandum. In eis enim ueritas manifesta lucet, Sed urinæ muliebres execrabiles sunt, propter duplicem fetus, & corporis cõtinẽtis respectũ, huiusmodi autem resolutiones in urina uiri apparentis guttã significantes, albæ sunt & paruæ sunt, & rotundæ. Albæ quia resoluũtur à membris albis, unde imitantur colorem membrorum à quibus deciduntur. Paruæ sunt cum naturalis calor agat in materiam guttæ, ut eam digerat & dissoluat, resoluitur quoddã paruũ de membro, quia cũ solidũ sit & parua sit caloris, actio paruũ est qđ resoluitur, & ideo paruæ sunt resolutiões. Rotũdæ sunt quia calor undiq; agit in illam materiã, circunferentialiter dissoluendo, & ideo rotundæ apparent uel rotũda sunt, quia de ratione granula rotũda sunt, quia ex descensu rotundantur ut grando in casu, ut patet etiam de gutta pluuiali quod in descensu suo rotundatur.

De si

Matrix sicca, uenus sopita, retentio fluxus.
Discolor affectꝰ uomitus cõpressio uirgę.
Mãmę grossities & perturbatio uentris.
Ex mellicrato conceptus signa probantur.

¶ Expositio. Hic determinatur de signis per quæ possumus cognoscere conceptionem ex incidenti. Signum conceptionis quod habetur, per urinam in proximo est dictum. Sed alia signa sunt conceptionis, quæ enumerantur in istis predictis uersibus. ¶ Matrix sicca. Quia iam clausum est orificium matricis, unde non emittuntur menstrua, quæ uuluam humectare solent. Sed potius retinentur ad nutrimentum fetus. Venus sopita. Aliud signum conceptionis, si desiderium ueneris est sopitum & extinctum, propter hoc, quia matrix quæ uacua erat iam repleta est. ¶ Retentio fluxus. Aliud signum conceptionis, scilicet quia menstrua retinentur, ut inde nutriatur fetus. ¶ Discolor affectus. Aliud signum conceptionis, appetitus uarius & multiformis, quia modo appetunt acrumina, modo fructus acerbos & carbones, & huiusmodi similia. Et hoc accidit ex ipso sanguine menstruo melancholico redundante ad os stomachi, & inficiẽte ipsum. ¶ Vomitus. Aliud signum, quia ille sanguis inficiens os stomachi mouet ipsum ad uomitum. ¶ Compressione uirgæ. Aliud signum conceptionis, ut habetur

in commento. ¶ Mammæ großities. Quia sanguis redundat ad spongiositatē mamillarū unde ingrossantur. ¶ Et perturbatio. Aliud signum conceptionis Hipocratis in quarta particula aphorismorum. Mulier si uis scire si conceperit &c. ¶ Commentū. Matrix sicca. In hoc capitulo quod est quasi finale & complementum sui operis aßignantur accidentia & signa celebratæ conceptionis. De conceptione per urinā significanda præcesserat intentio in capitulo præcedenti. Ideoq; ad conceptionis notitiā plenarie habendam, posuit autor signa cōceptionis in conclusione sui operis. ¶ Matrix sicca. Quia conclusum est interius officium neq; iam emißione menstruorum matrix humectatur uel uulua etiam illinitione menstruorum non humectat, quia menstrua retenta sunt ad nutriendum fetum. Hoc autem nomine matricis eius extremitas, id est, uulua intelligitur, uel uulua sicca est, quia matrice, iam repleta ex semine uirili iam interius monetato, iam uoluptas matricis à uenereis illecebris non adeo diffunditur, nec in lachrymas resoluitur uenereas. Extincta enim est sitis eius quæ prius sedari non poterat quod fit, quia iam repleta est & ex interiori sarcina aggrauata minus potest uacare pruritui uenereorum. Ex uacuitate nanq; matricis uiget sensibilitas, & ex sensibilitate ampliori amenitate ueneris matrix amplius infestatur. ¶ Venus sopita non

mercatur

mercatur propter prædictam rationem. Sed obmurmurant subagitatores & lenones & assueti ad ueram dicentes hoc esse falsum, quia à multis post conceptionem auidius & instantius appetitur coitus quàm antea. Dicunt se etiam uidisse quasdam quæ ante conceptionẽ suis adulteris ianuã pudoris claudebant. Sed facta conceptione umbilicum & crura eius relaxabant. Respondemus hoc potius esse securitatis causa quàm causa ardoris & uoluptatis, non tamẽ dico quin ex fetu calore duplicato renes calefiant, & ex calore peruagante uel prægnante uenereis orificijs quidam pruritus innascitur. Sed non est adeo uoluptuosus sicut qui fuit ante conceptionem uel in conceptione. Tunc enim matrix totam se aperit & applaudens temperantiæ seminis ipsum intromittit in monetam concepistion, id est formam. ¶ Aliud commentum. Matrix quoniam egit de athomosis resolutionibus quæ quandoque significant conceptũ, quãdoq; nõ. Hic addit signa per quæ fiat discretio quando significẽt conceptum. Et primo ponit generalia. Secundo specialia cum matrix cõsecuta est quod desiderabat, & adepta est quod uenabatur quiescit. Et ideo clauditur ut retineatur qđ desiderabatur, et acceptũ collum eius & uulua desiccatur, quia nõ fluit quod solet fluere unde uulua minus humorosa fit. ¶ Venus sopita. Cũ matrix creata sit propter conceptionũ habito fine

ad quem

ad quem ipſa eſt facta, tunc in eo quieſcit naturali=
ter. Vnde non appetit plus coire. Tamen ex ebulliti
one poſtea facta in ipſa matrice, maxime ſi materia
ipſa generandi fuerit cholerica, & etiam matrix ſit
ſibi ſimilis in complexione, Sunt tamē quædam mu
lieres pregnantes, quæ appetunt coitum uehemen=
ter, quoniam in eis renes ſuperflue caleſiunt, & ma
xime cum uulua non recipiat in ſe humoroſitatem
ſolitam & propter hoc magis appetunt coitum, &
forte ad hoc ut eius humectetur uulua, matrix coi=
tum appetit magis propter neceſſitatem quàm pro
pter utilitatem, quoniam natura ſtimulata à uehe=
menti ſiccitate, ſtimulat matricem ad appetendum
coitum. ¶ Retentio fluxus, id eſt, menſtruorum, re
tinentur autem menſtua ut fetui propinentur nutri
menta & propter concluſionem interioris orificij.
¶ Aliud commentum ad prædicta carmina. ¶ Ma
trix. Patet cauſa huius ex prædictis, quoniā coarta
tur collum matricis, ut retineatur materia generā
di. ¶ Affectus, id eſt, appetitus. ¶ Diſcolor, id eſt,
uarius & multiformis, modo enim appetunt acru=
mina, modo fructus acerbos, modo cretā, modo car
bones, & ſimilia, quod habet contingere ex ſan=
guine menſtruoſo melancholico & contagioſo re=
dundante ad os ſtomachi, et inficiente ipſum, unde
appetunt ſimilia ſuæ infectioni. Sed hoc habet fieri
maxime in nouitate conceptionis, propter retentio
nem

nem menstruorum. Sanguis enim menstruus adhuc est in motu. In tertio autem mense uel in quarto fetu iam confirmato cessat talis appetitus. ¶ Vomitus. Ex eadem causa, sed accidit maxime in nouitate conceptionis. ¶ Compressio uirgæ. Ex angustatione interioris orificij matricis. Vnde uidetur uiro cum coit cũ muliere, q; uirga à uulua sugatur, præcipue quando uirga est longa. ¶ Mammæ grossicies Ex redundatione sanguinis ad spongiositatem mammillarum: unde distenduntur & ingrossantur. Sunt namq; cõtinui meatus à matrice ad mammillas, per quorum continuitatem fit transitus deriuationis ad superiora & ad mãmillas. ¶ Turbatio. Istud signũ est ab Hippocrate elicitũ. Dicit enim in quinta particula aphoris. mulierem si uis scire &c. quando dormitura est, da ei mellicratũ bibere, & si quidem habuerit tortiones concepit, si uero non, non. Sed non est omnino ueridicũ signum, quia suscepto mellicrato tortiones sentiuntur, non tamen propter hoc est semper de facta conceptione. Si uero in corpore mulieris suscepto mellicrato fiat absentia & priuatio tortionis, certũ signum est non factæ conceptionis.

¶ De signis conceptionis masculi.

Onceptum maris insinuat splẽdor faciei.
Mẽbrorum leuitas spissi concretio lactis.

 Atq; tumor

Atq; tumor uẽtris in dextra pte rotundus.
Femineum fetum contraria signa figurant.

¶ Expositio. Conceptum. ¶ Hæc sunt signa conceptionis masculi, quia si mulier ante conceptionem esset discolorata, & facta conceptione habeat faciẽ bene coloratam. Ex hoc habetur unum signum conceptionis masculi, quantũ est ex hoc. ¶ Membrorũ leuitas. Si facta conceptione mulier habeat leuitatẽ membrorũ, ex hoc est signũ conceptionis masculi, quantũ est ex hoc. ¶ Spissi concretio, id est, coagulatio lactis & spissitudo. ¶ Atq; tumor, scilicet, uentris. In dextra parte rotundus, quia ibi est locus conceptionis masculorũ. ¶ Femineũ. Signa contraria istis quæ dicta sunt, significant conceptionẽ feminæ.

¶ Cõmentũ. Conceptum. ¶ Post tractatum de generalibus signis conceptionis, subiungit autor de specialibus. ¶ Splendor faciei. Recurrit ad priorẽ consistentiã mulieris. Si autẽ ante conceptionẽ solebat esse minus colorata, & post modicum facta conceptione purpurea facies uel illuminata occurrit, ex hoc perpende conceptionem masculi. Nam si calidiori sanguine & in calidiori parte matricis concipitur, unde naturalis calor in corpore mulieris incutitur, & melior digestio procreatur. Nam ex bona digestione, bonus color in facie nascitur.

¶ Membrorum leuitas. Ex eadem causa, ex bona namque digestione bonum est nutrimentum & bona repa

na repa

na reparatio ſpirituum, ex quibus ſufficienter reparatis robur & uigoroſitas ipſi corpori præſtantur & membra leuigantur. ¶ Spiſſi concretio lactis, id eſt, coagulatio, quia lac magis eſt digeſtum & excoctum, & ablata eſt aquoſitas uirtute caloris. Vnde ſi eius gutta ſuper unguem uel ſuper marmor, aut ſuper alia re terſa apponatur non fluit, ſed laterales partes eius redigũtur in cumulum, & hoc ſignificat maſculi cõceptionẽ. ¶ In dextera parte. Vbi eſt locus conceptionis maſculorum. ¶ Rotundus. Quia partes maſculini corporis cum ſint fortiores fortius ſibi cohærent, nec in matrice quædam fragilitate diſtenduntur. ¶ Contraria ſigna. Nam contrariarum cauſarum contrarij ſunt effectus. ¶ Secundum commentum ad prædicta carmina. Conceptum. ¶ Hic determinat ſigna conceptionis ſpecialia, materia maſculi eſt ſpecialior q̃ feminæ. Ponit autor ꝙ ſperma uiri ſtat loco factoris & agẽtis, ſed ſanguis menſtrualis loco materiæ. Et ex hoc patet ꝙ omnis uir calidior eſt omni muliere, tamen quædam mulieres calidiores ſunt quibuſdam uiris, ſed hoc intellige de calido uiſcoſo & materiali magis: uiri autem omnes calidiores ſunt calore uirtuoſo & formali, & ideo uiri fortiores ſunt feminis. ¶ Splendor faciei. Quoniam ex materia calida, quæ ebullit in matrice, eleuantur fumi uel uapores calidi ad hepar, unde calefit.

 Et ſimi

Et similiter ad cor unde calefit: unde ex his mēbris sic calefactis eleuātur calidi uapores ad faciē & ad caput: unde facies splendescit rubor est flore sanguinis uirtute caloris depurati, & inde leuitas totius corporis, quoniam calor rarefacit & subtiliat, quæ duo sunt principia leuitatis, calidum uero uelociter mobile. ¶ Spissi concretio. Quod fit à calore forti aquositatem ipsam & spiritum fortiter comprehendentem, unde uidemus q; carnes coctæ rigidiores sunt, quoniam calidum superuincit humidum, & ipsum comprehendit & coagulat per abstractionem humi prius existentis. Sed attendendum est q; calor aggregatus fortior est q̃ sparsus, & ideo parui uiri nunq̃ sunt humiles, quoniam calor eorum est aggregatus: unde mobiles fortiter sunt eleuati, quoniam calor semper spargitur & eleuat, & ideo sunt audaciores & subtiliores. Contrariū accidit in magnis propter eius sparsionem. Vnde si magnum sapientē uideris uel inueneris, & parum humilem redde laudem deo. ¶ Atq; tumor. Cum enim calor humidus fortiter comprehendit rotundat, sicut supra prælibatum est. Et hoc etiam facit in dextra parte maxime, quia calida est, & ideo tumor rotundatur cum concipitur masculus. Signa contraria apparent in mulieribus. Et nota q; splendor faciei maxime conceptionem masculi certificat, si ante conceptionem facies erat pallida.

De sperma=

¶ De spermaticis resolutionibus.

Spermaticis in scripta notis urina fatetur.
Illecebres coitus genitalia membra grauari.
Fermento ueneris ludibria uana soporis.
Siue gomorreã uel membri uim resolutã.

¶ Expositio. ¶ Hic determinat de spermate apparente in urina. Regula: urina cum spermaticis resolutionibus apparens residentibus uel ad fundũ tendentibus, significat coitum præcessisse, aut nocturnam illusionem aut uoluntatem & desiderium uenereorũ operũ sine actu, & tũc sig. mẽbrorũ generatiuorũ repletionẽ siue gomorreã. Talis etiam urina si frequenter occurrat gomorream, signi. & paralysim generatiuorum membrorum. ¶ Commentũ. Spermaticis. In hoc capitulo autor agit de spermate in urina, quoniam quandoq; cum urina nutriuntur resolutiones spermaticæ, unde apparet urina cũ quibusdam spermaticis resolutionibus. Est ergo talis regula. Vrina cum spermaticis resolutionibus apparens ad fundum tendentibus uel residentibus coitum significat præcessiße, aut nocturnam illusionem aut concupiscentiam aut affectum uenereorum operum sine actu consequente, significat etiam genitalium membrorum & didimorum repletionẽ ex spermate quod est, quia redundat in testiculis & per incontinentiam cum urina emittitur, significat etiam talis urina, si frequenter occurrat gomorreã

ſiue paralyſim genitalium membrorum. Eſt autem gomorrea immoderata & inuoluntaria ſpermatis effuſio, quæ eſt paſſio turpiſſima, de qua multitudo non modica, uel aliqui aliquando perierunt, qui talem ægritudinem confiteri erubeſcunt, unde morbi malicia magis confortatur. Fit autem hæc paßio ex nimia ſanguinis abundãtia, unde ſperma augmẽtatatur, & propter nimiam abundantiam multiplicatur & emittitur ſine aliqua delectatione & uirgæ erectione. Fit etiam quandoq; ex debilitate uirtutis retentiuæ, quandoq; ex lenificatione uaſorum ſeminarium, unde uaſa ſeminaria lubrificantur, & ſic ſperma ex tali lubrificatione cum non habeat cohærentiam in receptaculis inuoluntarie labitur. Significatur autem hæc paſſio in illis quæ habent paralyſim in membris genitalibus, ſicut eſt in epilepticis & appopleticis, in illis enim urina & ſemen inuoluntarie emittuntur, & ſic ſperma propter debilitatem neruorum, & propter aliam cauſam intrinſecã inuoluntarie egreditur. ¶ Spermaticis notis, id eſt, ſpermaticis reſolutiõibus. ¶ Scripta. Id eſt, perfuſa. ¶ Illecebres coitus. Quo ad celebrãdũ coitũ, id eſt, quãdo aliquis celebrauerit coitũ, unde ex reliquijs materiei reſolutæ & nõ ſufficienter eductæ, quia debilis fuit ſpiritus expellẽs, ideo talis apparet urina. ¶ Genitalia membra. Secunda ſignificatio eſt, membra genitalia dicuntur in hoc loco teſticuli, uirga &

didimi præ

didimi præcipue. ¶ Fermento. Id est spermate, quo testiculi turgescunt, sicut pasta ex fermento crescit & amplatur. ¶ Ludibria uana soporis, id est, nocturnas illusiones ex uenereis officijs uel operibus, quando scilicet dormientibus se ingerunt & improuisa mente somniant uel dormiunt. Gomorream, id est, immoderatam & inuoluntariam spermatis effusionem. ¶ Vim resolutam, id est, paralysim, quæ fit ex dissolutione membrorum. ¶ Sequitur aliud commentum ad prædicta carmina. ¶ Spermaticis. Sperma emittitur aut propter multitudinem materiæ, aut propter defectum uirtutis contentiuæ, aut propter debilitatem lacerti remolliti secundum paralysim. ¶ Illecebres. Quia nimis mouetur materia, & nimis calefiunt testiculi, unde fortiter attrahunt & sperma ibi generant quod emittunt. Subtiliant per motum præcedentem in coitu nimio. ¶ Genitalia membra propter multitudinem materiæ spermaticæ, quæ inturgescit à calore per motum. ¶ Ludibria, quoniam in tali operatione non bene modificantur concauitates ex spermate. ¶ Gomorream, id est, inuoluntariam spermatis emissionem. ¶ Vim resolutam, id est, uirtutem contentiuam, & propter lacerti remollitionem deficientem retinere.

¶ De puluereis resolutionibus.

Sub forma cineris corpuscula pressa deorsũ

Infima membra notãt morbi languore gra
uari.
Ex attricis hemorroidis splenisq; tumore.
Sepi⁹ apparẽt uel quãdo menstru⁹ humor.
Temporibus certis sua respiracula nescit.

¶Expositio. Sub forma. Hic determinatur de resolutionibus puluereis, quæ emittuntur cum urina ad similitudinem pulueris. Est ergo regula. Vrina in colore remissa cum puluereis resolutionibus in fundo residentibus, significat ægritudinem membrorum inferiorum, sicut renum & lumborũ & partiũ inferiorum. *¶Ex attricis.* In attricosis & fricosis & in patientibus hemorroidas & inflationem splenis apparet talis urina. *¶Vel quando menstruus.* Talis etiam urina apparet in mulieribus, quando patiuntur retentionem menstruorum. *¶Commentum.* *Sub forma cineris.* Hic ponitur aliud capitulum de puluereis resolutiõibus, quæ quãdoq; cũ urina emittuntur, & sub forma puluereis in fundo subsistunt. Inde colligitur regula talis. Vrina in colore remissa cũ puluereis resolutiõibus in fundo residẽtibus, in colore nigris uel liuidis sig. hemorroidas. Significat etiam attrices siue cõdilomata. Talis etiã urina sig. uitiũ splenis, & in mulieribus sig. coitũ, & si talis diu appareat sig. retẽtionẽ mẽstruorũ. Hemoroidæ sunt quinq; uenæ, quæ à chili uenæ ꝓcedẽtes usq; ad pudibundũ circulũ terminãtur. Istæ ergo uenæ quãdoq;

replentur

replẽtur & aggrauãtur ex melancholico ſanguine qui maxime abũdat in chili uena quæ ſpine adiacet. Spina uero frigida eſt cũ ſit pars corporis poſterior unde propter frigiditatẽ illius partis melãcholicus ſanguis in illis uenis habet dominium ſuum. Cum autem prediɛtæ uenæ aggrauatæ ſunt et ſuper repletæ ex melancholico ſanguine diſtenduntur, & fortiter eo in loco tumeſcunt atq; inflantur, ita quod in capitibus earum quædam apparent tumoroſitates uariæ. Vnde ſentitur grauedo & ponderoſitas circa partes inferiores, & adeſt pigritia totius corporis & diſcoloratio faciei. Illæ autẽ uenæ quãdoq; rumpuntur, & ſanguis emittitur in multa quantitate, rumpuntur autẽ illæ uenæ propter abundantiã ſanguinis & propter incõtinentiã, uel ex calore nimio ꝓpter acuitatẽ & corroſionẽ, uel ex frigiditate exteriori propter cõpreſſionẽ. Vnde hæc paßio maxime eſt in illis familiaris, qui ſuper marmora ſedere conſueuerunt. Eſt autem hemorrois nomẽ membri & paßionis, quia illæ dicũtur hemorroidæ per quas uenit hæc paßio quæ dicitur hemorrois. Vnde ægritudo ab illis uenis orta hemorroides dicũtur. Dicitur autẽ hemorrois ab hemo quod eſt ſanguis, et rois quod eſt fluxus, unde dicũtur hemorroides quaſi fluxus ſanguinis. In hemorroidibus urina debet eſſe remiſſa in colore. Nam melancholico ſanguine abundante in corpore debilitatur naturalis calor, un-

de digeſtio crudeſcit, & ex digeſtionis cruditate di ſcoloratur urina. Apparet autem cum puluereis re ſolutionibus quæ reſolutæ à melancholico ſanguine nigro & terreſtri per continuos meatus deriuante ad ueſicam cum urina emittantur, & quia ſint pon deroſæ & terreſtres ſubſidēt in fundo. Attrices ſunt collectiones factæ circa anum ex melancholico ſan= guine in illis partibus turbato, & uiſcoſitatem indu cente. Fici ſunt molles collectiōes circa anum diſtin= ctæ quibuſdam granis in modum granorum ficus. Cōdilomata ſunt duræ & ſolidæ collectiones & ro tundæ circa anum in modum glandium, et dicuntur condilomata à condilon qđ eſt rotundū. Vnde apud Maximianū reperitur digitis in condilon replica= tis, id eſt, in rotundū. In attricoſis igitur & ficoſis & condilomaticis urina apparet ſimilis prori, & propter eandem cauſam diſponitur ſecundum colo rem talem. Et reſolutiones tales ex uitio ſplenis poſt datam medicinā, maxime propter diſſolutionē par= tium. Apparet eadem urina remiſſa cum reſolutio= nibus puluereis. Similiter in retentione menſtruo= rum. Nam ſanguine melancholico per menſtrua re= tento reſoluuntur quædā partes liuidæ ab ipſo ſan= guine, & quaſi ſquamoſæ, quæ quidē cū urina emit= tuntur. ¶ Cinereis. Id eſt, puluereis. ¶ Infima mem bra. Sicut renes et lumbos & inferiores partes quæ ratione compaſſionis moleſtantur ut dictum eſt.

¶ De

¶ De Hypostasi.

Informat sedimen color & substãtia tẽpus.
Forma, loc⁹, color est albus, substãtia gũfis
Continuata suis conum sua forma figurat.
Inferior fundus locus est cõstantia tẽpus.
Album continuũ residens cõstans pineatũ.
Si sedimen fiat, bona fit digestio uirtus,
Fortis, naturę triplici uiget actio motu.
Albificat, mũdat, cumulat, cõdẽsat & unit.
Vẽtosum calor extenuat, sorbetq; uaporẽ.
Virt⁹ quę bona sũt retinet, quę p̃ua repellit
Nec natura suos secat aut interpollat actus.
His claret signis ostensio certa salutis.
Eucrita fit, febris breuis est discussio morbi

¶ *Expositio.* ¶ *In isto loco determinat de hypostasi. Est igitur hypostasis superfluitas tertiæ digestionis effusa in urina.* Hypostasis *in tertia digestione diuiditur à nutrimento membrorum, & emittitur cum urina.* Vnde *hic ponitur descriptio hypostasis laudabilis, & sunt quinq; conditiones ipsius, scilicet color, qui est albus, substantia, quæ debet esse continua sine interruptione & diuisione, locus, qui est fundus urinalis, pus hypostasis scilicet quod per multos dies perseuerat in bonitate forma, quia debet esse admodum formæ piramidalis uel pinealis, ut incipiat à lato, & circunquaque tendat in acutum. Et de istarum differentiarum qualitate singulariter*

determinatur

determinatur in commento ualde bene. ¶ Albũ con tinuum. In isto uersiculo cõtinentur quinq; differentiæ hypostasis naturalis, scilicet quod sit alba in colore, continua in substantia, residens in fundo secundum locum constans quantum ad tempus, pineatũ quantum ad formam. Et si tale sedimen cum istis conditionibus appareat in urina significantur quod digestio est bona, & uirtus fortis, et qd' actio naturæ triplici uiget motu. ¶ Vnde notandũ est quod triplex est motus naturæ, scilicet alteratiuus, localis et essentialis. Hic declarantur in fine cõmenti. ¶ Commentum. Informat. Aliud capitulum proponitur de hypostasi ubi uidendũ est quid sit hypostasis & eius proprietas. Est enim hypostasis superfluitas tertiæ digestionis cum urina effusa. Omnis ergo digestio superfluitatẽ habet suam. Prima digestio habet pro sua superfluitate egestionem & uentositatẽ. Secunda digestio habet urinam. Tertia digestio habet hypostasim & sudorem. Hypostasis in tertia digestione diuiditur à nutrimento membrorum. Vnde cum in omnibus membris fiat digestio, & omnia membra nutriãtur à quolibet nutrimento diuiditur hypostasis. Sed non tota hypostasis quæ à nutrimento diuiditur cum urina purgatur. Nam uiarum longitudine & meatuum strictura nõ potest tota ad uesicam prouenire, pars enim quædã à calore corporis consumitur. Alia per sudorem mundificatur. Alia pars

extenuatur

extenuatur, & per fumum & uaporem expirat: illa portio sola quæ uasis cohæret & propinquior est uijs urinalibus: ad uesicam descendit. Cum enim uasis cohæreat rarefactis uijs pororũ ex caliditate ingreditur uasa & per meatus continuos deriuatur ad hepar, ab hepate uero per capillares uenas descendit ad uesicam & cum urina emittitur. In urinis autem sanorum non apparet hypostasis, quia fortitudine caloris & uirtute membrorum superfluitas illa consumitur. Membra etiam in sanis melius nutriuntur & paruæ sunt superfluitatem membrorum ex nutrimento, unde pauca uel nulla est hypostasis. Quatuor sunt hypostasis differentiæ, scilicet color, substantia, locus, & tẽpus. Isaac in libro urinarum aliam scilicet quintã differentiã apponit, quæ est forma, & nos Isaac sequentes illam differentiã quintã opponimus. Naturalis color hypostasis est albus, omnis nanque hypostasis naturalis debet esse alba. Consimilia nanq; membra humani corporis omnia sunt alba uniuersaliter, quamuis etiam caro uideatur esse rubea. Sed non est ille color carnis, sed potius sanguinis dispersi per poros ipsius carnis. Vnde si caro coquatur & exprimatur sicut faciunt hybernienses albificatur, & ad proprium colorem reuertitur. Nutrimentũ ergo non incorporatur membris nisi prius dealbetur. Est autem nutritio conuersio rei nutrientis in naturam rei nutriendæ, ergo nu

trimentum

trimentum eſt album cum membra ſint alba. Et hy=
poſtaſis eſt deciſa à tali materia, ergo in colore de=
bet eſſe alba, omnis nãq; ſuperfluitas debet eſſe æmu
la, id eſt, ſimilis & imitatiua eius à quo deciditur,
ideoq; nulla hypoſtaſis eſt laudabilis niſi ſit alba,
hæc enim ſignificat perfectã aßimilationẽ nutrimen
ti ſecundũ naturam membrorũ & fortitudinem na-
turalis caloris indigeſtione præualẽtis. Rubea enim
hypoſtaſis minus bona eſt, ſignificat enim longitudi
nem ægritudinis & cruditatẽ materiei. Vnde uirtus
digeſtiua nõ ita præualet in tertia digeſtione in faci
endo digeſtionẽ nutrimenti, ſignificat tamen ſimili=
tudinem eucritã, id eſt, bene terminabilẽ, quia fit de
ſanguine puro & ſincero, qui humor amicus eſt na-
turæ, & maxime familiaris. Subruffa hypoſtaſis pe
ior eſt rubea, quia fit de ſanguine aquoſo: unde mi=
natur ex cruditate ſanguinis maiorẽ prolixitatem
ægritudinis. Liuida hypoſtaſis uituperabilis eſt, quia
ſignificat mortificationẽ. Viridis uel nigra peßima
eſt, quia ſignificat aduſtionẽ & mortẽ. Et hæc de co
lore hypoſtaſis ſufficiãt. Subſtãtia hypoſtaſis eſt con
tinua, quia debet eſſe ſine diuulſione & interruptio
ne ſuarum partiũ, per quod ſignificatur tertiã dige
ſtionem materiei eſſe perfectã, quæ nõ habeat aliquã
uentoſitatem quæ ſui præſentia poßit diuellere con=
tinuitatẽ hypoſtaſis. Diuulſio autẽ hypoſtaſis fit ex
uentoſitate tertiæ digeſtionis. Et hæc de ſubſtantia
hypoſtaſis

hypoſtaſis ſufficiant. Locus hypaſtaſis proprius &
naturalis eſt fundus. Debet nãq; eſſe hypoſtaſis ſub-
ſiſtens in fundo urinalis, & talis ſubſidentia ſignifi
cat ſecundam digeſtionem non fuiſſe turbatam nec
impeditam aliqua uentoſitate. Nam ſi ſecunda dige
ſtio fuiſſet uentoſa illa emiſſa cum urina præcelleret
hypoſtaſim, uel in media parte urinæ uel in ſuperio
ri ſi maior eſſet uentoſitas. Et ſunt tres differentiæ
hypoſtaſis ſecundum locum. Nam ſi hypoſtaſis fue
rit ſubſidens in fundo & non impulſa uocatur ſedi-
men. Si autem ſit impulſa in media regione urinæ
uocatur encorima quaſi dependens. Quod ſi fue-
rit impulſa uſq; ad ſuperficiem urinæ ex maiori im=
pulſu uentoſitatis uocatur nephilis, id eſt, nubes ex
metaphora nubium. Et hæc de loco hypoſtaſis ſuffi
ciant. ¶Tempus hypoſtaſis eſt permanentia in ta=
libus differentijs per multos dies, talis autem per=
manentia eſt æqualitas ſiue tempus, per quod ſignifi
catur, maxime fortitudo naturæ, quæ quidem in be-
ne optando non deficiat, ſed ſuum opus continuare
ſufficit. Nam ſi in prima die appareat hypoſtaſis cũ
bonis differentijs, & in ſecunda appareat cum ma
lis ex tali inconſtantia, ſignificatur naturæ debilitas
quæ non poteſt in bono opere perſeuerare. Et nota
quod æqualitas in bona hypoſtaſi eſt optima. Sed æ-
qualitas in mala hypoſtaſi, eſt peſsima. Inæquali=
tas ergo in malo bona eſt. Sed inæqualitas in bono

mala

mala est. Et hæc de tempore hypostasis sufficiant.

¶ Forma hypostasis debet esse connoides, id est, in modū formæ pinealis, ut incipiat à lato & perpendiculariter circumquaq; tendat in acutum, quasi in modum piramidis, uel in modū pineæ. Talem uero formam uocat Isaac pineatam, quasi tendentem in acumen in modū pineæ. Talis ergo forma significat digestionem perfectam unde graues partes hypostasis in fundo subsistent & constituunt eius basim. Mediocres autem quæ non sunt adeo ponderosæ mediū occupant. Leuiores uero quæ sunt igneæ, & aereæ superius tendunt, litera per se patet. ¶ Substantia gumfis, id est, suis compaginibus ut habeat partium cohærentiam. ¶ Conum, id est, à lato incipit & tendit in acutum in modum galle. ¶ Locus. Est fundus eius idem in inferiori parte consistens. ¶ Cōstantia, id est, eius permanentia per multos dies. ¶ Album continuum. Hic ponitur descriptio bonæ hypostasis & quid habeat significare ostendit. Album in colore. ¶ Continuum, quantum ad substantiam. ¶ Residens, quantum ad locū. ¶ Constantia, quantum ad tempus. ¶ Pineatum, non ad pini, sed ad pineæ formam refertur. Bona digestio, non quia alba, albedo enim non sufficit ad insinuandum perfectam digestionem, posset nanq; album & impulsum & diuulsum apparere. Sed bona digestio significatur ex eo quod est album, cum alijs sequētibus differentijs.

¶ Virtus

¶ *Virtus digestionis uiget triplici motu.* Triplex est motus naturæ in tertia digestione, scilicet, alteratiuus, qui fit in dealbatione nutrimenti, localis, qui fit in conglobatione & partium transpositione, & essentialis, qui fit per alias differentias, quæ subnotantur uel coniungantur. ¶ Albificat. Ecce alteratiuus motus. Mundat, condensat & unit, Ecce localis & essentialis. ¶ Ventosum calor. Quod significatur per continuitatem, id est, per consistentiam hypostasis repellitur per uaporẽ. ¶ Nec non. Quod significatur per continuitatem & consistentiam hypostasis.

¶ *De sedimine quod deficit in differentijs bonis.*

Lędit & incrudat sedimẽ quodcũq; priorũ.
Dissonus & uarius faciẽs discrimina mot9.
Seruatis reliquis si pendeat aut petat altum,
Flamine uentoso digesto lęsa probatur.
Saluo iure loci seruata lege coloris.
Vis uentosa mouet sedimẽ compage soluta

¶ Expositio. *Superius posuit autor quinq; differentias sediminis laudabilis. Hic determinat de hypostasi recedente à laudabili, & dicit quod sedimen quodcunq; deficiens in aliqua prædictarum quinq; differentiarum in quantum deficiet, in tantum deficit à laudabili sedimine, uerbi gratia. Sedimen in colore album &c. deficiens secundum locum existens nebula uel nephilis deficit & recedit à laudabili hypostasi: per hoc enim significatur uentositas secun-*

 dæ dige

dæ digestionis, & ideo ratione uentositatis impellentis petit superius & efficitur nebula uel nephilis. Et ideo notandũ ꝗ hypostasis secundũ tria loca quæ occupat in urina tres accidit denominationes. Si igitur occupat fundũ dicitur sedimẽ. Si mediũ dicitur nebula uel eneorima, id est, quasi dependẽs. Et si superius sit impulsa ratione maioris uentositatis, fortius impellẽtis nephilis appellatur: Et sit hipostasis in quantũ elongatur à naturali efficitur innaturalis.

¶ Saluo iure loci. Si hipostasis seruet locũ & colorem, scilicet quod sit alba secundũ colorẽ, & in fundo secundũ locũ, habeat substantiã diuulsam, & nõ cõtinuã est innaturalis hipostasis & uituperabilis et significat tertiã digestionẽ turbatã fuisse ex uentositate. ¶ Cõmentũ. Ledit et. Specificauit autor bonũ & legitimũ sedimẽ, cũ suis differentijs proprijs secũdum locũ colorẽ, substantiã, tẽpus, & formã. Nunc ostẽdit quod si sedimẽ peccet in aliqua istarũ differẽtiarũ, uel secundũ aliquas est illaudabile & præter naturã. Si enim seruato colore et cõtinuitate nõ mutetur locus et fiat eneorima uel nephilis, illa uituperabilis est, quia significat secundam digestionẽ nimia uentositate esse impeditã. Si uero seruetur locus & color ut sit albus, & subsidẽs, & substãtia permutetur ut incontinua fit & indiuulsa, uituperabilis est, quia significat tertiæ digestionis perturbationẽ fieri ex uentositate, ut uentositas incidẽs, sediminis cõpaginẽ et cõtinuitatẽ remoueat. Quodcũq; priorũ. Id

est,

est, quęcunq; mutatio facta à prioribus differentijs. ¶Faciens discrimina motus. Id est, faciēs sedimen differre à laudabili sedimine. ¶Motus dissonus & uarius propter mutationē factā in cōtrario talis motus siue talis perturbatio lædit & incrudat sedimē, id est, uitiosum & infame ostendit. ¶Seruatis reliquis. Id est, colore & substantia. ¶Si pendat. Id est fiat eneorima. ¶Aut petat altum, ut fiat nephilis. ¶Saluo iure. Id est, permanēte substātia & albedine perseuerāte generata in tertia digestione. ¶Vis uentosa. Generata in tertia digestione. ¶Mouet. Id est diuellit & cōtinuitatē interruptā sig. & ne per hunc motū intelligat impulsionē, & nō disgregationem subiūgit. ¶Cōpage soluta. Id est, discōtinuata.

¶Determinat de sedimine rubeo & subrubeo.

Subrubeū qm̄ de sanguine cōstat aquoso.
Est peius rubeo, q̄ uis uicinius albo.
Designat rubeū ꝙ lōga sit eucrita febris.
Cum sit causa mali naturę filius humor.
Leuis & excoctus resolubilis ac moderatus.

¶Expositio. Comparat autor sedimen in colore rubeum ad subrubeum, dicens, quod sedimen subrubeum est uituperabilius rubeo sedimine, cuius ratio est, quia sedimen subrubeum habet fieri ex sanguine aquoso, & aliqualiter indigesto & crudo, ideo significat cruditatem materiæ, & per consequens longitudinem morbi, & per consequens ex morbi longitudine minatur defectum uirtutis.

¶Quãuis uicinis. Licet ſecundũ colorẽ appropin-
quet magis ſedimẽ ſubrubeũ ad albũ q̃ ipſum rubeũ
in digeſtione, tamẽ magis eſt elongatũ à bono, ut di-
citur in cõmento. ¶Deſignat. Determinat de ſedi-
mine rubeo, et dicit ꝙ inter omnes ſpecies ſediminis
poſt ſedimen laudabile melius eſt ſedimen rubeum,
quia tale fit ex ſanguine bono & bene digeſto, qui
aptus eſt faciliter cõuerti in ſubſtantiã membrorũ
in tertia digeſtione, & ita ſignificatur ægritudo be-
ne terminabilis & ſalubris, ſed tamẽ longæ ratiões
patent in cõmento. ¶Cõmentũ. Subrubeũ. Subiun-
git de ſedimine ſubrubeo, quod uidetur cõtra natu-
ram, ꝙ ſedimen aliquod fit ſubrubeũ uel alterius co
loris q̃ albi, maxime cũ ſit ſuperfluitas tertiæ dige-
ſtionis deciſæ à nutrimento mẽbrorũ. Nam membra
alba ſunt & nutrimẽtũ ipſum albũ eſt. Et quod ab
ipſo nutrimẽto deciditur debet eſſe albũ, quia nullũ
ſedimen debet eſſe alterius coloris q̃ albi, quid eſt er
go quod autores dicũt, ꝙ aliquod ſedimen eſt rubeũ
uel ſubrubeũ? Reſpondemus, ſi ſedimẽ eſt ſuperflui-
tas tertiæ digeſtionis, cõcedimus ſedimẽ eſſe album.
Sed quãdoq; nomine ſedimus quadã uaga & cõmu
ni ſignificatione intelligimus id ꝙ in fundo urinæ re
ſidet, ſiue ſit humor crudus, ſiue ſanguis, ſiue putre-
do ſiue ſanies uel globoſitas arenæ, & ſecundũ talẽ
intelligentiã aliquod ſedimen dicitur eſſe rubeũ uel
ſubrubeũ. Subrubeũ ſedimẽ dicitur eſſe malũ, quia
ſignificatur factũ eſſe ex crudo & aquoſo ſanguine.
Vnde cõ

Vnde continuatur prolixitas ægritudinis propter materiei cruditatem. Sed tamē nō minatur periculum, quia fit de sanguinea materia, quæ temperata est respectu aliarū. Sed mirū est q, autor dicit. Subrubeus peius est rubeo. Nam albū secundū se maxime est bonū, rubeū uero magis elongatur ab albo q̄ subrubeū. Et subrubeū mediū est inter rubeū & album, nec potest fieri transitus de rubeo in albū, nisi p subrubeū ex mediata digestione, ergo cū subrubeū pximus sit albo q̄ rubeū minus malū est q̄ subrubeū, licet dicat autor ipsum esse peiorē rubeo. Ad hoc dicimus q, subrubeū sedimē natura decoctiōe magis elōgatur ab albo q̄ rubeū. Nō enim fit subrubeū mediante digestiōe albi uel rubei. Sed potius ex crudo & aquoso sanguine, qui propter cruditatē suā non potuit perfecte excoqui & rubificari, neq; etiam sibi omnino sanguineā speciem adaptari. Rubeū autem sedimen propinquius est & affinius albo, quoniam sanguis qui tantū præcessit decoctus est, ex qua decoctione facta pōt de facili mēbris assimilari. ¶ Quāuis uicinus albo. Istam uicinitatē intellige secundum colorē tantū, & nō secundū digestiōis mediationē. ¶ Designat rubeum. Determinat de rubeo sedimine quod post album inter species sediminis laudabilius est & conuertibilius, significat tamen longam ægritudinem propter abundantiam materiei & propter cruditatem. ¶ Eucritam. Id est, bene determinabilem propter sui temperantiam. Fit enim de sangui

 ne puro

ne puro & ſincero, qui membris eſt amicabilis. Nã membra dulcia & ſanguis eſt dulcis, & de tali ſanguine membra nutriuntur. ¶ Eucritam. Id eſt, bene digeſtibilem, ab eu quod eſt bonũ & craſis: unde diſcrita contrarium ſignificat. ¶ Filius naturæ. Propter amicabilitatẽ quã habet cũ membris, & eſt deſcriptio ſanguinis. ¶ Leuis. Quia muliebres habet qualitates & ſubſtantiam mollẽ & feruentẽ. ¶ Excoctus. Id eſt, digeſtus, q̃ indicat mediocritas ſubſtãtiæ. Nam ſi eſſet crudus exiret aquoſus, ſi aduſtus groſſus, ergo quia bene eſt coctus & legitime digeſtus, ideo mediocris. ¶ Reſolubilis. Id eſt, aptus reſolui & digeri in tertia digeſtione, & hoc propter habilitatem ſuarum qualitatum. Eſt enim calidus & humidus quæ qualitates fauent digeſtioni. ¶ Moderatas. Hoc poteſt referri ad temperantiam qualitatũ uel ad temperantiã quantitatis, de qualitatibus conſtat. Sed moderantia quantitatis neceſſaria eſt. Eſt autem hæc moderantia & proportio in mundificatione quãtitatis, ut in duplo magis ſit de ſanguine in humano corpore quàm de phlegmate, & in duplo plus de phlegmate q̃ de cholera, & in duplo plus de cholera quàm de melancholia, & hoc manifeſtũ poteſt eſſe diligenter intuenti

¶ De ſedimine nigro ſequitur.

Naturę funeſtat opus culmenq; uigoris.
Altius euertit ſedimen nigrę ſpeciei.
Qđ ſummũ tenet aut mediũ minꝰ ẽ uitioſũ.

Hoc ta-

Hoc tamẽ offendit in pluribꝰ illud in uno.
Plus numero peccat nephilis nigra nõ ideo
plus.
Plus peccat ſedimen nigrum, ſed non nume
ro plus.
Defectum numeri cauſę uiolentia penſat.
Aggrauat & cumulat mala circũſtantia culpã

¶Expoſitio. *Determinat hic autor de ſedimine nigro. Et dicit* ꝙ *inter omnes ſpecies ſediminis deterius & uituperabilius eſt ſedimen nigrum, quia ſignificat mortificationem & euerſionem caloris uel uigoris. Sediminis nigri tres ſunt ſpecies ſecundũ tria loca quæ occupãt in urina, uidelicet fundus aut medium aut ſuperius.* ¶Quod ſummum. *Dicit hic* ꝙ *ſedimen nigrum quod apparet in medio urinæ, uel in ſuperiori parte urinæ, non ſignificat tantum malum, quantum ſedimen in fundo exiſtens, quod quidem ſit in fundo exiſtens, eſt in ultimo illaudabile, & malum eſt.* ¶Hoc tamen. *Hic dicit quòd ſedimen nigrum exiſtens in medio urinæ, uel in ſuperiori parte in pluribus differentijs peccat, quis in colore cum ſit nigrum, in loco cum ſit altum. Sedimen nigrum in fundo ſolummodo peccat in una differentia, ſcilicet, in colore ſolum. In loco uero non, quia tenet locum debitum & legittimum ſediminis naturalis. Sermo autoris continet falſitatem. Ex hoc quod dicit, ſedimen nigrum in fundo ſolum peccat in uno, quia ſecundum ueri-*

 tatem

tatem peccat in multis, ſcilicet in loco, in ſubſtan=
tia, & in colore. In loco quia ſi eſſet in medio urinæ
non tantũ eſſet malũ. Peccat ergo ſecundũ locũ, &
ipſe dicit q, legittimum locũ tenet. q, eſt falſum. Pec
cat in ſubſtantia magis ſuſpenſum uel altũ. Illud ſe=
dimen nigrum, quod eſt in fundo, quia eſt ſubſtãtiæ
ſpiſſæ & terreſtris, quæ nullo modo potuit ſubtiliari
à colore, & ideo magis peccat in ſubſtantia. Egidius
uero iſtud non conſiderauit. Peccat etiam in colore,
ut dictum. Non ergo peccat ſolum in uno nigrũ ſe-
dimen fundo. Sed peccat in multis, & ſic concludi=
tur q, inter omnes ſpecies ſediminis deterius eſt ſedi-
men nigrum, & adhuc magis q, eſt in fundo nigrũ.
Et iſta ſufficiant de conſiderationibus urinarum.
¶ Commentũ. Naturæ. In iſto ultimo capitulo pro=
ponitur de nigro ſedimine, q, deteſtabilius eſt omni=
bus alijs ſpeciebus ſediminum, quia ſignificat morti
ficationem, quia nigrum ſedimen ſi occupat fundum
peius eſt q̃ eneorima nigrum, ut patet. Sed eneorima
nigrũ peccat in pluribus, ſcilicet in colore, quia eſt
nigrũ in loco quia eſt eleuatũ. Solutio licet eneorima
nigrum peccet in pluribus, & ſedimen nigrum pec=
cet in paucioribus, tamen maius peccatum eſt in
ſedimine nigro quàm ſit peccatum nigri eneorima-
tis quamuis peccet in pluribus. Quantitas enim
quandoque uincit numerum in malitia. Nigrum
ergo ſedimen peius eſt, quia ſignificat cauſam mor-
tis magis abundare. Vnde ſedimen tale ex abun=
dantia

dantia suæ maliciei & terrestreitate deorsum deprimitur. Illud uero quod significat causam mortis minus abundare sursum tendit. Vel aliter potest intelligi nigrum sedimen, significat calorem naturalem penitus esse extinctum. Vnde ab ipso nulla potest fieri resolutio, & quia nulla resolutio fit, nulla generatur uentositas in corpe, et quia nulla generatur uentositas, nulla potest esse causa qua possit sedimen impelli in partem superiorẽ, quod est propter ultimatam extinctionẽ caloris naturalis. Et cum ex defectu resolutionis nulla generetur uẽtositas, mortale & summum periculum. Eneorima uero nigrum, et si ostendat naturalis caloris extinctionem, tamen quia est impulsio facta ex uentositate signficat aliquantulum uigorem caloris naturalis, ex cuius resolutione uentositas processit quæ sedimen impullit, litera plana est. ¶ Non ideo plus, id est, in quantitate. ¶ Culmenq́; uigoris, id est, altitudinem uel formam piramidalem. Cum enim calor sit fortis suum subiectum eleuat sicut uidemus, quod iuuenes incedunt recti propter caloris multitudinem & fortitudinem. Senes autem inclinati propter eius defectum, & calor huiusmodi reddit uirtutem uigorosam. Vigoris, id est, uirtutis. Altius, id est, profundius, quia in radice sua & in centro suo. ¶ Quod summum causa huius iam declaratur, cum hoc sedimen nigrum suspensum & altum plura indicat peccata quàm sedimen nigrum residens: quoniam indi-

 cat uen-

cat uentositatem quàm non facit sedimen residens. Sed uidetur quod uoluerit innuere quod nigrum sedimen in fundo sit in loco suo naturali. Sed nos dicimus prius quod ille locus est proprius & naturalis: hypostasis naturalis &c. Sed naturale & innaturale eundem locũ naturaliter non habebunt, propter hoc sanè uel satis intelligitur rationis oppositio hoc modo, sedimẽ natans aut suspensum qđ dicitur eneorima peccat in loco ex uentositate quæ debilitat calorem naturalem & spargit & soluit eius continuiatatem. Vnde peccat in duobus. Sedimen uero residens tantum in uno. Sed certe si uelis subtiliter pscrutari ueritatẽ rei, sermo autoris est simpliciter falsus, quoniã sedimen residens maiorẽ defectum: caloris naturalis significat quàm suspensum. Significat enim suspensum, peccatũ in substantia. Diuellitur enim substantia in eo, sed sedimen in fundo, nõ. Et dico quod sedimen nigrũ residens plus peccat in substãtia quàm suspensum, quoniã nullo modo subtiliatur à calore. Suspensum autem subtiliatur aliquo modo, sed hic solũ ad extrema respexit, & uentositatem discontinuantẽ considerauit in suspenso, quia in alio neutrũ inuenit. Et ideo plura peccata posuit in suspenso quàm in residẽte, cũ & hoc sit propter uentositatẽ suspensum & aliud naturã, seu hypostasis proprietatẽ habet: & sic poteris aliquo modo autorem defendere, quoniã stuporem facit audientibus in suo modo loquẽdi. ¶ In uno residens talis aut in

uno

uno loco. Vel dic ſecundũ eum qđ ſi peccat in loco cũ ſit ualde graue quod hoc ꝓbat. ¶ Nephilis &c. Plura peccata in numero ſignificat tamen ſuũ uitiũ in quantitate, & ſecundũ ueritatem nõ eſt tantum quantum ſediminis reſidentis. Reſiduũ ſermonis eſt intellectum. ¶ Et ſic eſt finis ad laudem dei & beatæ mariæ uirginis, omniumq́; cælicolarum. Amen.

¶ Vltimum capitulum ponitur quo Egidius opus ſuum completũ ſigillat.

Nunc mea completo reſpira muſa labore.
Stringe rotã, curſum cohibe compeſce fluenta.
Claude muſandini torrẽtes fluminis undas
Non ultra equiuoci gazas prȩlata ſalerni
Sparge nec urſõis apices, nec dogmata mauri
Sobria claude larẽ metuẽs liuoris ocellũ.
Nec tecum moueat contraria ſecta duellũ.
Diſcolꝰ & mordax uehemẽs clamoſꝰ inanis
Quem ſterili lolio paſcit farragine cruda.
Inflat & infatuat, mons peſſulanicus errãs,
Ne probis fontem laceret formeq; nitorẽ.
Obfuſcet maculis, uereor clara baſia figat.
Lenoni populo faciem nec caſta reuelet.
Fimbria mõſtretur q̃ nõ eſt tãgere dignus.

¶ Expoſitio. Nũc mea. ¶ Completo opere ſuo, & poſita doctrina ſua de urina & urinæ ſignificationibus & pius contentis ſtilum ſui operis narrando more metrice ſcribentium, muſam ſuam inuocans

cans. Primo finem ſuo operi aßignans ipſum ſigil-
lat & claudit. Secũdo autenticat & approbat hũc
libellum autoritate aliorum proborum uirorũ, quo
rum ſententiam imitatus eſt. Tertio reprobat & ui
tuperat medicos de peſſulano monte & eorũ ſequa
ces, propter eorum errores, ſecunda ibi. Claude mu
ſandini, tertia ibi. Diſcolus & mordax. Et hæc ter=
tia pars diuiditur in tres partes: primo redarguit il
los medicos: ſecũdo reconciliatur cũ magiſtris mon
tiſpeſſulani ne maledicatur de ea: tertio uilipendit
uulgares & idiotas & ignorãtes uel ſcholares gar
rulos, ibi ſecunda. Ne probis, ibi tertia Lenoni po-
pulo. ¶ Nunc mea: literalis expoſitio. ¶ Mea mu=
ſa, id eſt, doctrina. Reſpira, id eſt, finem imponas.
¶ Completo labore, id eſt, finito libro. Stringe rotã
id eſt, ſiſte mobile ingeniũ Egidij qui eſt capax omni
um ſicut figura circularis rotæ. ¶ Curſum cohibe,
id eſt, finias ſtudium, in quo nulla eſt quies ſicut in
curſu. ¶ Compeſce fluenta, id eſt, canones & regu
las traditas in hoc libro. Nota quòd merito aßimi=
lat ſcientiam flumini, quia ſicut flumen continue la
bitur & mutatur, ita ſciẽtia à doctoribus tradita in
ſuis opinionibus continue ſeu quotidie diuerſifica-
tur & innouatur. ¶ Claude undas torrentis flumi
nis muſandini, id eſt, inundationes documentorum
illius uiri qui dictus eſt petrus muſandinus, quẽ imi
tatus eſt Egidius. ¶ Non prælata ultra gazas ſaler
ni equiuoci, id eſt, tu muſa non extenſa ultra theſau

rum

rum ſcientiæ probi medici de ſalerno, qui uir dice-batur magiſter ſalernus. Vnde ſalernus equiuoce dicitur de uiro iſto & de ciuitate in qua erat iſte uir. ¶ Sparge nec urſonis apices nec dogmata mauri, id eſt, non excedas terminos ſcientiæ magiſtri urſonis & magiſtri mauri, qui etiam de urinis tractauere. ¶ Sobria, id eſt, tu doctrina mea. ¶ Claude larem, id eſt, finem impone. Metuens liuoris ocellum, id eſt, paruum oculum, quia de conſuetudine inuidentium alteri eſt ſubclaudere & paruificare oculum, quo intuētur bona aliorum, ut fingant quaſi ſe non uidere talia bona. Liuoris, id eſt, inuidiæ illorū de monte peſſulano. Contraria ſecta, id eſt, inuidorum de me mōte peſſulano, qui Egidio inuidebant, de tam preclaro opere. ¶ Duellum, id eſt, bellum. Monſpeſſulanicus errans, id eſt, ſuperbia medicorum errantium de monte peſſulanico Diſcolus, id eſt, diuerſarum & falſarum opinionum. Mordax, id eſt, ſtimulans. Vehemens potens ad maledicendum. Clamoſus, id eſt, ſophiſta clamator. Inanis, id eſt, uacuus ſcientia. Inflat & infatuat: ſuperbire facit medicum & enunciare uerba parum perfecta. Quem ſcilicet medicū. ¶ Paſcit ſterili lolio, id eſt, inutili & mala doctrina quæ lolio aßimilari poteſt, quod alias ſegetes deturpat, & comedentibus multa inducit nocumenta. ¶ Me laceret, id eſt, medicus peſſulanicus. Fontem ſcientiæ tuæ ô mea muſa. Probis, id eſt, maledictis, uel probis, id eſt, medicis de

ſalerno

ſalerno, qui probi & boni medici ſunt. ¶ Formæq; nitorem, id eſt, ſplendorē tuæ pulchritudinis. ¶ Maculis, id eſt, maledictis uereor timeo. ¶ Clara baſia fiant. ſcilicet cum ſapientibus magiſtris & doctoribus, uel figat, id eſt, medicus peſſulanus. Nec reueles, id eſt, nec oſtendas. Faciem, id eſt, librū. Nec caſta fimbria mōſtretur, id eſt, tua ſecreta & pudibunda quæ ſub ueſtibus & fimbria uelantur non monſtrentur. Lenoni populo, id eſt, reportatori malorū uerborum. Quam ſcilicet fimbriam, id eſt, ſecreta tua pudenda. ¶ Non eſt dignus tangere, ſcilicet populus leno & inuidus propter ſuam großitiem.

¶ Sequitur de modo iudicandi urinas.

ISte eſt modus iudicandi urinas unde ſic eſt procedendum: primo de colore: ſecundo de ſubſtantia: tertio de contentis. Eſt ergo hic modus talis, quia primo ſcire debes cuius eſt urina, ſcilicet uiri uel mulieris. Item ſi uir eſt iuuenis uel ſenex, & cuiuſcunq; ætatis ſit. Item ſi eſt diu quod patitur uel non, hoc eſt ſi ægritudo de nouo orta ſit uel antiqua. Deinde ſequitur iudicium per hūc modum. Vrina iſta colorata eſt colore nimium citrino, et ideo atteſtatur choleræ rubeæ. Turbata eſt & obūbrata ex materia putrefacta extra uaſa, & ideo triteo ſimplici uel duplici laborat ex cholera putrefacta extra uaſa, ille uel illa cuius eſt hæc urina. Et hoc dico quantum eſt de colore & ſubſtantia. Circu

lus eſt

bus est grossus & niger, & significat dolorem capitis in illo uel in illa cuius est urina. Item sunt grana in circulo, & ostendunt reumatismum, unde debet conqueri de dolore capitis ex reumate ille uel illa. Sunt ibi alia grana quæ distant linealiter sub circulo, & tarde redeũt ad circulum, & ostendunt fluxum humorum à capite ad pectus descendentium in illo uel in illa cuius est urina, unde debet conqueri de dolore pectoris & grauedine, & per compaßionem de dolore stomachi ille uel illa cuius est urina. Item est ibi nubes cum granis, & ostendunt siccitatem pectoris in illo uel in illa &c. Item furfureæ resolutiones & squamosæ ut petaloides & crinoides quæ sunt sicut quarta pars grani per totum corpus urinæ, & ostendunt uniuersalem dissolutionem illius cuius est urina. Item est ibi quoddam contentum athomosum nigrum, & significat dolorẽ sub aliquo hipochondrio, scilicet dextro uel sinistro unde debet cõqueri de dolore hipochondriorum. Item est ibi quoddam contentum spermaticum & trumbosum, quod habet pilum eleuatum, et significat dolorem iuncturarũ illius, cuius est urina hic non sunt aliæ resolutiones nec alia contenta, nisi ista quæ dicta sunt, nisi quædam quæ sunt in fundo sub forma cineris, quorum quædam uergunt in flauedinem & quædam in nigredinem, & habent adhærentiam manifestam, & ostendunt in mulieribus retentionem menstruorum, unde debet con-

queri

queri de retentione menstruorum illa &c. ¶ Hæc eadem ostendunt in uiris oppilationem uiarum hepatis & splenis unde debet conqueri de dolore splenis & hepatis. ¶ Item sunt alia contenta quæ sunt nigra oppilatiua quæ quandoque apparent cũ quibusdam resolutionibus squamosis in fundo urinæ, & ostendunt multam repletionem intestinorũ cum constipatione uentris illius cuius est urina. ¶ Et quia sapienti pauca sufficiunt, ideo hæc ad præsens sufficiant, quia idem modus & idem cursus seruatur in omnibus alijs contentis, in quibuscunq; urinis appareant.

¶ De contentis urinarum colore & substantia.

¶ Color & substantia urinæ supra modũ significant. Contentum significat in quo membro materia morbi continetur. Item contentum spermaticũ longam in forma pili in radice trumbosum, id est, grossum attestari habet supra dolorem membrorum iuncturalium, id est arteticam significat. Item contentũ in fundo urinalis grossum album & trumbosum, & quasi massa carnosa significat dissolutionem à renibus, siue descensionem, & dicitur incurabilis ægritudo renum, scilicet in substantia renum, quia urina transiẽs per renes cum sit mordicatiua uel incensiua magis dissoluit quàm possint consolidare medicamina unde incurabilis est. Item nebula in superficie apparens significat dolorem spiritualiũ: unde significatur quod magnus dolor est in pulmone uel corde uel

de uel diaphragmate. Item grana ſub circulo ſigni-
ficant repletionem ſtomachi. Item in fundo grana re
ſidentia & nigra, ſignificant repletionem inteſtino-
rum, & ꝙ feces ſunt putrefactæ in inteſtinis. Item
ſquamoſa nigra cum contentis nigris, ſignificant
conſtipationē. Item ſquamoſæ reſolutiones & pin=
gues ſignificant ſupra ethicam ſecundæ ſpeciei. Cir=
culus groſſus & aquoſus, & granuloſus apparens
cum urina diſcolorata ſcotomiam uel uertiginē ce-
rebri oſtendit. Viridis color apparens cū urina ſig=
nificante febrem continuam freneſim oſtendit. Item
omnis ampulla groſſa & uiſcoſa ualde late appa=
rens cū urina remiſſa, dolorē renū oſtendit. Cū uri
na uero intenſa & pauca cruditatem urinæ oſten-
dit. Item omne granū in circulo cū ſpuma interciſa
reumatiſmum oſtendit. Stans uero linealiter ſub cir
culo fluxum humorum ad pectus uel hypochondria
oſtendit. Si ex obliquo ſub medio circuli fuerit, pu=
trefactionem humorum in ſtomacho oſtendit. Sed ſi
cum nubea aerea fuerit, calorem pectoris deſignat.
Spuma apparens in circulo cū urina tincta & con
fuſa, exceßum caloris innaturalis in medijs mēbris
cum putrefactione humorum oſtendit. Si uiſcoſa &
ampulloſa fuerit, longetudinē ægritudinis ſignificat
Si crocei coloris fuerit, calorē hepatis ſignificat. Si
reſidet in fundo cū ſpermaticis reſolutionibus trum-
boſis,, ulcerationem ueſicæ ſignificat. Item. Omnis
pinguedo apparens in toto corpore urinæ, princi=

pium ethicæ significat. Residens uero in fundo urinæ, liquæfactionem renum significat. Item humor residens in fundo cum contentis cinerosis spermaticis grauedinem intestinorum ostendit. Apparens sursum cum granulis, offensam pectoris ostendit. Item si sanguis apparet in toto corpore urinæ, uenæ rupturam in hepate ostendit. Si paucus cum aliqua pinguedine, in renibus ostendit rupturam. Sed si paucus & trumbosus cum spermaticis resolutionibus trumbosis, rupturam uenæ in uesica ostendit. Si arenosus cinerosus residens in fundo nefresim ostendit. Si cum substantia oleagina, ethicam ostendit. Si uero fuerit cum urina radiosa, mundificationem splenis & hepatis ostendit. Si uero cum urina liuente per totum habente spumam ampullosam & albam, leucofantiam ostendit. Si cum urina significante febrem, dissolutionẽ corporis ostendit. Si uero appareat cũ urina cõcussa habẽte circulũ granulosum, sciaticam ostendit. Si uero appareat cum urina significante phlegma salsum, scabiem ostendit. Item pilus apparens in toto corpore urinæ, si urina sit remissa macredinem totius corporis ostendit. Si uero apparet in regione continuata ipsi circulo, stricturam pectoris significat. Item longus pilus residens in fundo grauedinem renum ostendit. Item si furfur resideat in fundo cum squamis latis, scabiem uesicæ ostendit. Si in toto corpore urinæ significantis febrẽ, graue-

dinem

dinem admotum ſignificat. Si cũ urina oleagina &
liuente, ſecundam ſpeciem ethicæ oſtendit. Si ſanies
& ampla & lata reſideat in fundo, ſcabiem ueſicæ
oſtendit. Si uero fuerint paruæ reſolutiones admix=
tæ notis ſpermaticis ſeparatis, conſtipationem uen-
tris oſtendit. Si uero in toto corpore urinæ ſignifi=
cantis febrem, pigritiam admotum oſtendit. Si cum
urina aliquantulũ oleagina, primam ſpeciem ethicæ
oſtendit. Item ſi athomi albi reſident in fundo, & cũ
urina radioſa aut diaphana, lepram oſtendit. Si cum
urina granuloſa, arteticam ſignificat. Si niger fuerit
athomus apparens in medio corporis urinæ, apoſte-
mationem membri oſtendit. Item ſi contentũ ſperma
ticum coagulatum in modum bombicis reſideat in
fundo, mulierem concepiſſe ſignificat. Item ſi pilæ
fuerint lata, & in modum lanæ, & cum circulo
granuloſo, paralyſim oſtendit. Item ſi fuerit rotun=
dum in radice cum quodam pilo ſibi admixto, ar=
teticam oſtendit. Item ſi contentum ſpermaticum
fuerit cum quadam nigredine, ſtranguriam ſignifi=
cat. Item ſi fuerint plura & lactea in toto cor=
pore urinæ, pollutionem aut coitum præceſſiſſe
ſignificat. Item, ſi contenta cineroſa apparent
in urina, ſeparata uergentia ad albedinem quan=
dam à nigredine, inteſtinorum repletionem o=
ſtendit. Item ſi ex toto nigra fuerit & groſſa &
ſeparata retentionem hemorroidarum oſtendit.

Si ex toto nigra habentia adhærentiã, retentionem
mẽſtruorũ oſtẽdit. Si uero cũ urina groſſa confuſa,
præcipitationẽ matricis oſtẽdit. Item ſi quædã alba,
quædã nigra habẽtia adhærentiã cũ urina radioſa,
oppilationẽ ſplenis & hepatis oſtẽdit. Item hypoſta
ſis reſidens in fundo cum omnibus ſuis differentijs
completam digeſtionem ſignificat.

¶ Docet unde cauſantur colores.

Q Veritur de ſufficiẽtia colorũ. Dicendũ eſt
ꝙ colores cauſantur ab humoribus. Sed
omnis humor aut ẽ ſimplex aut cõpoſitus
ergo cauſatur color, aut ex ſimplici aut ex cõpoſito.
Si ex ſimplici, ſic habemus ex unoquoq; humore unũ
colorem. Vnde à ſanguine colorem rubeũ obfuſcũ.
A cholera colorũ nimiũ citrinũ. A melãcholia glau
cum. A phlegmate albũ. Item poſſunt humores com
miſceri, & quorundã humorũ cõmixtio eſt poſſibi-
lis, & quorundã impoſſibilis. Poſſibilis eſt, ut ſang-
uinis & choleræ. Sanguinis et phlegmatis. Phlegma
tis & melãcholiæ. Melancholiæ & cholcræ. Impoſ-
ſibilis commixtio eſt, ut phlegmatis & choleræ, ta-
men admiſcẽtur cũ ſint in locis uicinis, ſicut phleg-
ma in ore ſtomachi & cholera in fundo. Eſt etiã im
poſſibilis cõmixtio ſanguinis & melãcholiæ. Si aũt
phlegma admiſceatur cũ melancholia, aut illa com-
mixtio erit æqualis aut inæqualis. Si æqualis, erit co
lor charopos. Si inæqualis, & phlegma erit ſupera-
bundans erit color lacteus. Si melãcholia erit color
glaucus

glaucus. Item si fiat cõmixtio choleræ & phlegmatis, aut erit æqualis aut inæqualis. Si æqualis erit color citrinus. Si inæqualis & phlegma superabundat erit color pallidus & subpallidus. Si cholera superabundat erit color subcitrinus. Si aũt obijciatur ꝗ quãdo cholera superabundat debet esse intentior ꝗ quãdo cõmixtio est æqualis. Respõdẽdũ est, ꝗ nõ dicitur color citrinus ex illa æquali cõmixtiõe, sed ratione temperãtiæ, quoniã caliditatẽ & siccitatẽ choleræ tẽperat phlegma, & color citrinus est temperantior omnibus coloribus. Et propter hoc de tali commixtione est color citrinus, non ratione intentionis & remissionis, sed ratione temperantiæ. Si fiat commixtio choleræ & sanguinis, aut erit æqualis aut inæqualis. Si fit æqualis, erit color ruffus. Si inæqualis & cholera superabundat, erit color subruffus. Si sanguis superabundat, erit color rubeus. Item potest fieri commixtio choleræ adustæ, & sanguinis adusti, & illa commixtio aut erit æqualis aut inæqualis. Si æqualis, erit color inopos Si inæqualis et sanguis superabũdauerit, tũc erit color rubicundus. Sed si cholera superabũdat, sic erit color subrubicundus. Item color chianos ex cõmixtione omniũ humorũ corruptorũ generatur. Color autẽ uiridis & liuidus causatur ex albo et nigro. Si niger uincat albũ, erit color uiridis. Si albus uincat nigrũ, erit color liuidus. Et hæc est sufficiẽtia omnium colorum. Sed si quæratur, quare nõ fit color ex

alijs humoribus qui poßunt cõmiſceri, dicendũ eſt, q. non conueniunt niſi in qualitatibus paſſiuis, & co lor cauſatur tantummodo ab actiuis.

¶ Et ſic eſt finis ad laudẽ omnipotentis dei & ſuæ genetricis omniumq; cœlicolarum. Amen.

¶ Venantius mutius de Camerino Alexandro de bartholacijs de monte Vlmi: ſalutẽ plurimã dicit.

Suſcepi nuper amicorum optime Alexander ac patriæ tuæ honor & decus communi iuuenum medicinæ ſtudentum utilitate ductus opuſcula duo corrigenda, pulcherrima quidem maximeq; cognitu: neceßaria quorum alterum de pulſibus, alterum de urinis inſcriptum eſt. Hanc emendationem meam cum alicuius docti peritiq; iudicio ſubijcere uellem, tu mihi occurriſti hac dignus cenſura. Noui enim iampridem ingenij tui acumen atq; ſummam, tum in alijs rebus omnibus, tum in hac medendi arte diligentiã atq; peritiam. Hic accedit noſter amor ac mutua beneuolentia qua affectum eſt, ut tuum potius q̃ alicuius alterius examen ſubirem. Probe namq; ſcio te, ut uerum amicum decet: ab omni ſimulatione atq; adulatione alienum eſſe, ac præcipue in hac re quæ ſi recte perfecta fuerit, nõ dubito quin & ultima & gratiſſima ſtudioſis iuuenibus ſit futura. Quare perlege quæſo hæc duo opuſcula atq; caſtigationes meas diligenter perpende, necnon ut tibi uidebitur, corrige quo audacius ea impreſſioribus tranſcribenda tradere poſſumus. Vale.

QVatuor ſunt mēbra principalia, quibus humani corporis machina firmis, baſibus & fundamentis roborata conſiſtit, ſcilicet cerebrum, cor, hepar & teſticuli. Dicuntur autem principia nō ꝙ ad cuiuſq; horum interemptionem, ſequatur interemptio & deſtructio animalis. Ablatis enim teſticulis ab humano corpore quāuis deformetur corpus & in femineam degeneret naturam, non ideo interimitur, nec ſtatim ſubſtātiæ denegatur. Sed ideo principalia dicūtur, quia toto corpori dominantur & principantur ſecundum diſpoſitionem & ſecundum moderationem uirtutum. Secundum diſpoſitionem principātur, quia ſi in unū concurrant craſes principiorum perfecte, ſecundū eas totū corpus diſponetur, Secundum uirtutū moderationē, quia in cerebro principatur uirtus motiua & ſenſibilis, & principaliter in corde fundatur uirtus uegetatiua & ſpiritualis. In hepate principatur ſiue dominatur uirtus augmentatiua & nutribilis, in teſticulis luxuriatur & iocundatur propagatiua & generabilis. Harum quatuor uirtutum communior & utilior & latius patens, cæteris eſt nutribilis & natura prior. Nam ante animæ infuſionem ſuos motus in corpore experitur. Cum enim corpus humanū ſit fluxibile et tributariū diſſolutionis, neceſſario deficeret, niſi uirtus nutribilis deꝑdita reſtauraret, & toto tpe unionis animæ ad corpus oꝑatur, & uniuerſam exiſtētiā cōmittatur.

Vnde iugis & inseparabilis comes & socia naturæ, & magis intrinseca & fidelis est. Vnde cũ uirtus nutribilis non possit operari sine fundamẽto cui innititur. Et hepar sit eius principale subiectum uel fundamentũ, conuenit hepar prius esse formatũ cæteris membris. Et corporis ædificiũ ab hepate tanq̃ à fundamẽto primario consurgit, ideo hepar prima radix corporis iudicatur. Virtus uegetabilis, et si sit dignior, quia corpus ad altiorem locum uel gradum prouehit, & ipsum uegetabili splendore illustrat, tamen natura posterior est, nec est corpori coæqualis. Et si illud operetur ante infusionem animæ, exiliter tamen & semiplene actionem suã exequitur. Ante infusionẽ animæ uiuit corpus nõ anima nec animatione, sed uegetatione sicut arbores spũ uiriditatis uegetãtur, toto uero tempore mutationis animæ & corporis spũalis uirtus aduegetatur uel negociatur super membrũ in quo fundata est, & uirtus illa dignitate uel eminẽtia in corde. Sed natura & tempore formationis posterius. Virtus motiua & sensibilis excellentior est præcedẽtibus præfatione dignitatis. Soli enim militat animæ. Itẽ ab anima ꝓcedit sed est tẽpore & natura posterior. Nã ante animæ infusionem uirtus hæc est impedita. Nec ualet operari, propterea enim ex infusione animæ contrahitur. Sicut autem uirtus sensibilis posterior est, & temporis ratione, & naturæ conditione. Sic & membrũ qđ est huius uirtutis fundamentum, postea est formatum.

Quarta

Quarta uirtus quæ pro pagatiua est & generabilis cæteris uirtutibus indignior est natura & tempore posteriori indignior, quia nõ est substantialis corpori, nec adeo necessaria, nec ad naturæ spectat essentiam, sicut cæteræ uirtutes, sine quibus & earũ ætatibus non potest continuari essentia, & potest dici peior ex natura humanæ complexionis & compositionis posterior tempore & natura, quia talis uirtus ad digerendum non mouetur in corpore ante illusionem animæ, nec post illusionẽ ipsius, nisi in tempore pubertatis ossibus medulla repletis augmentatis humoribus, confortato calore naturali ampliatis meatibus causa coitus, ætatis feruore concurrentibus. Tunc quidem hæc uirtus excellenter & egregiæ ad suæ operationis ministrationem uel ministerium ex causarum humiditate prouocatur. Hæc autem operatio est effrenis sicut aliarum uirtutũ. Cum enim effrenato cursu hæc uirtus aliquando tempore suam continuat actionem, eneruatur corpus & tabescit, & in defectum declinat corpus. Vnde certũ est, quòd hæc uirtutis operatio nõ est ita substantialis naturæ & necessaria, cũ ex sua continua actione corporis pariat defectum, & animale corpus iugiter & indesinenter expirat, inspirat & respirat, & anima uegetabili illustratum continue membra degerunt, appetunt, retinent, ut ab aliquibus superfluis corpus mundent, continue mouentur. Sunt itaq; huius uirtutis hi effectus magis effrenes & ma

gis uiolenti & nequaquam uirtutis generalis effe-ctus, cuius operatio in multis suspenditur, in quibus ad petram continentiæ paruuli alliduntur. In alijs uero propter frigidam testiculorum cresim talis actio impeditur, quia ex causis ad coitum concurrentibus priuatur: inde est quod hæc uirtus naturæ non conuenit, nisi propter propagationem ut rerum genera per multiplicationem particularium ne intereant conseruantur. Homo enim non continue durat, oportet ergo ut permaneat successiue uirtuti propagatiue suum membrum simile & conforme, principalibus cæteris indignius, & posterius tempore sibi formam speciem uendicauit. Cum itaq; cor & hepar tanto principis præiudicio præferantur, ideo secundum crises istorum membrorum teste Gale. in tegni. Totũ corpus disponetur nõ à cerebro & non à testiculis asserit Gale. totum corpus suam trahere dispositionem, sed cordi tantum & hepati hoc debetur, inde est quod ueterum philosophorum studiosa intentio ad horum membrorum naturas & habitudines inuestigandas fuit maxime laborari, sed non potuerũt melius perpendi & expreßius inuestigari quàm iudicio pulsuum & discretione urinarum. Videtur enim fideli testimonio dispositionem hepatis, & membrorum sibi communicantium dilucida. Pulsus uero cordis habitudinem, uitæ tenorem spirituum aßistentiam declarat. De doctrina urinarũ uarij & multiplices tractatus reperiuntur

riuntur

riuntur, propter quorū confusionem libellum nouæ æditionibus cōponentes sub uolumine breuitatis cō struximus, ut scholarium nostrorum eruditionē con suleremus, & cōmuni utilitati inseruiremus, qui li ber incorrectus & incastigatus à nobis est elapsus. Subito enim in lucē prodijt, & non expectans tem pus æditionis legitimum factus est abortiuus, ut non de facili posset reuocari, cum iam in manus plurium uenerit scriptura mala attritus, & dedignatus ab scondi, est in labijs singulorum, qui quamuis cum palam liuoris morsibus obtrectēt, ex eo tamē suam locupletant paupertatem & penuriam, & sui intel lectus reficiunt ariditatem. Doctrinam pulsuum, pauci aut nulli dederunt perfectam, uel non dimi nutam dederunt scientiam. Gale. uero ex multa prolixitate uoluminum & librorum uarietate, & uerborum prolixitate confusionem inducit, & ue ritatem turbauit. Omnis enim confusio nouerca est ueritatis. Eustachius in pantegni de doctrina pul suum intēdens multas uarietates & differētias pro ponit, quæ per sui multiplicantem uix possunt com prehendi loquelis rationis humanæ. Philaretus au tem sub tanto breuitatis uolumine prædictorū con fusionē studuit coartare, qui charibdim confusionis uolens effugere in scyllam obscure breuitatis, quæ obscuritas est inimica doctrinæ. Vnde liber Phi lareti iudicio meo à consortio horum librorum, & artis dignus est prophanari. Veruntamen nos me

liorem

liorem eligentes semitam breuitatem & confusio-
nem abhorrentes de pulsuum differẽtijs componen
tes libellum, ex utroq; cõtemperamentum facimus,
ut mediocritate seruata scholarium nostrorum qui
doctrinæ nostræ edulio cibantur intelligentiæ seruia
mus. Scribimus autem secũdum artificium metrice
positionis siue rationis, ut uerba neximus pedum li
gata sub sigillo memoriæ fidelius claudantur, et cer
tior doctrina operetur. Ab huius operis uestibulo
planeticos & falsos discursores monachos qui nor-
ma religionis abutentes pelle monachali remota de
huius artis mysterio præsumimus ut pphanari. Ta
libus enim huius operis secreta noluimus propala-
ri, nec margaritæ spargẽdæ sunt porcis, nec philoso
phiæ mysteria diuulganda sunt imperitis. Omnes er
go tales sic submouemus, ut quæ capere intellctu
nequeunt ad ea legẽda uideantur indigni. Quæ ue-
ro in aliquorum librorum principijs inuestigari so-
lent, in huius operis etiam principio inuestigãda oc
currunt, scilicet quæ sit autoris intentio, quæ causa
intentionis quæ utilitas ad quam partẽ philosophiæ
expectet, qui modus agendi, quæ libri diuisio, qui li=
bri ordo tractandi, qui titulus. Intentio autoris est
in hoc opere doctrinam tradere de pulsibus compen
diose ostendendo immutationem pulsuum, et causas
immutationũ, & genera & differentias. Causa in-
tentionis est communis omnium scilicet utilitas &
latinitatis indigentia de doctrina pulsuum. Vtilitas
est

est præsentium humani corporis dispositionum cognitio & futurarum præcognitio & præteritarum rememoratio, et hoc tam in sanis quàm in ægris & in neutris. Liber iste pro maiori parte pertinet ad philosophiam & mediante philosophia ad naturalem scientiam, scilicet ad phisicam. Modus agendi est diffinitiuus & diuisiuus. Diffinitiuus, quia omnia genera pulsuũ diffinit, & significationes differentiarum determina, quod ad diffinitiuam pertinet doctrinam. Diuisiuus, quia omnia genera pulsuum in diuersa partitur, & causæ immutationum in diuersas species trina sectione distribuitur. Diuiditur ergo in tres portiones liber iste. In prima agit generaliter de decem generibus pulsuum diffiniendo, & de quinq; considerationibus secundum quas differentiæ pulsus discernuntur. Secundo de speciebus generum & de circunstãtijs & causis, ex quibus pulsus nominatur. Tertio asserit principaliter de significationibus pulsuum, unaquæq; tamen partitio suum habet ordinem tractandi sibi specialẽ & proprium, quod ex litera erit manifestum. Titulum erubesco exponere, quia pascitur in uiuis liuor post facta quiescit. Cum suus ex merito quenq; tuetur honor. Sed ne huius libri autoritas in laudem detractoris infanda tituli mutatione conuertatur, ne alijs grana quæ nõ seminauit colligere præsumat demisso uultu & uerenda fronte titulum supponimus, ut detractor falsigraphus nostram monetam ingenij et

laboris

laboris, alia imagine & adulterina effigiare nõ possit. Tunc ergo sit titulus talis. Finis.

¶ Incipit liber magistri Egidij de pulsibus metrice compositus.

INgenij uires modicis conatibus impar
Materies oneroso pręmit perplexa figuris.
Ardua difficilis nodosa imperuia paruis.
Ardua mollimur nulli tentata priorum.
Qui tanti pręrupta maris transire uolētes,
Non freti ratis officio uel remigis usu.
Sed pedibus metricis & sicco calce uadam9.
Artificis tractum fidis inconcinia recusat.
Verbaq; iunctura non articulata decenti.
Nexibus arctari metrice compaginis horrēt
Quãto res grauior quãto min9 apta resolui
Ad ueniam tanto procliuior esse meretur.
Ipsa rei grauitas siquid peccauerit autor,
Offensam culpę leuat absoluitq; reatum.

¶ Incipit commentum magistri Gentilis de Fulgineo super tractatu pulsuum magistri Egidij.

INgenij uires. ¶ Autor more recte scribentis operi suo præscribit proemium: in quo leges & debita proemij decenter exoluit. Captat enim beneuolentiã auditorum

auditorũ, cum ostendat uix oratiõe metrica tracta ri posse. Tractatus utilis est ualde ad doctrinam. ¶ Materies. Attentionem excitat ubi arduitatẽ materiæ prolixitatemq; insinuat. In uero docilitatem uenatur quod ex litera perpendimus. Materia est de pulsuum diuersitate. ¶ Onerosa, id est, grauis & difficultatis, molle comprimens ingenium tractandi. ¶ Premit. Vires ingenij humiles & debiles respectu difficultatis. ¶ Perplexa, id est, intricata & inuoluta ad naturã reducitur. Figuris, id est, uarijs cõtrarijs dictis in mutatiõibus & significationibus pulsuum, quibus ipsa materia figuratur. ¶ Ardua difficilis: hæc omnia inculcant difficultatẽ operis: & hic excitat attentionẽ. Nulli tentata, id est, nulli prædecessorum nostrorũ ausi sunt aggredi tanti prolixitatem operis & arduitatem pedibus metricis innodare. ¶ Qui tanti prærupta, id est, materiæ profunditatem quæ mari comparatur propter confusionem. ¶ Non freti ratis, id est, prosaicæ orationis. Prosaica oratio aßimilatur rati & metricæ pedum uadationi. Materia pulsus est profunda & comparatur mari per quandam metaphoram, sicut enim nauta in mari in naui firmißima existens profunda maris securius penetrat quã si pedes ire præsumeret. Sic animus mare tractantis tam confusæ materiæ remigio prosaicæ orationis melius. Et securius pertransit quàm si inde pedibus metrice orationis eandem materiam aggrederetur trãsmeare.

¶ Fidis

¶ Fidis inconcinna. Alia metaphora per quam difficultas operis datur uel ostenditur: tracta est à cithara & fidicula, quæ si chordas habeat dissonas & incontinuas nec plectro artificis bene præparatas siue temperatas, ad tactum nullam reddit consonantiam. Sed etiam hæc materia tantam habet uerborum inconsonãtiam & incontinuitatem, quod ex eis metrice orationis resultare sonoritas uix poterit. ¶ Quanto res grauior. Per hoc petit ueniam si aliquid peccauerit in tractando excusans se à difficultate materiæ.

¶ De complexione cordis & forma & compositione, & de officio eiusdem.

Cor uite sedes uitalis fida caloris.
Mansio naturę basis unica sol microcosmi.
Viuifici thalamus, thronus & penetrale uigoris.
In quo fonticul9 scaturit qui fomite puro
Mẽbra regit, uegetat, auget, disponit adurit
Hinc stabiles numeros & phisica uincula requiras.
Ex quibus humanę constãt fundamina uitę.
Ex sementinis hanc incolit insita causis.
Et sibi germanam reddit uis ignea sedem,
Vnde datur mẽbro species cognata calori.
In conũ consurgit apex terrestria fundant.
Edificantq; basim sursum leniora feruntur.

¶ Cor uitæ. Finito proemio aggreditur propositum

tum principale ut tractet de materia pulſuum, ſed antequam aggrediatur ſuam materiam & pulſuum diſtinctionem, quædam preambula præmittit & antecesſoria ad principale: quibus lector ad intelligentiam ſequentium promptior expeditioni accedat. Primo itaq; diſſerit de cõplexione cordis & de forma & compoſitione & officio eius, quod à complexione & forma trahit originē. Et nota quod ſupremus artifex diſpoſuit prouide cuncta: & cor quaſi quemadmodum ſolem in medio microcoſmi locauit ipſumq; ualde calidum ignitum rotundum concauū & conuexum ſtabiliuit faciendum, quia eſt fundamentum calidi naturalis & uitalis ſpiritus domicilium cuius beneficio totum corpus caleſit & uegetatur. Omne enim calidum teſte Philaſtrato uelociter mobile de natura. Cor enim neceſſario oportuit mobilitati acquieſcere, ut per eius motum uitalis ſpiritus infunderetur in membris cuius infuſio uniuerſum corpus habet uegetare & uiuificare: rotundum eſt, ſed tamen non expreſſe ſed permanet in modum coni diſpoſitum, quia rotunda forma amica eſt, & conſentanea motionis. Sentit nanq; philoſophus, quod omne rotundū de natura ſui eſt mobile uel uolubile. Item forma rotunda perfectior eſt, & incorruptibilitati magis uicinatur propter carentiā angulorum. Dicit enim Conſtantinus in libro oculorum, quod forma rotunda in lateribus eſt eliſa circunquaq; decliuis nō habens angulos in quibus con

 tineatur

tineatur superfluitas præstitura læsionem, quæ si haberet angulos, in quibus macula superfluitatis adhæret, cor esset trigonum uel alterius formæ, & in angulis rubigo adhærens, causam dissolutionis præstaret, cor est conuexum & concauum, ut intra suæ concauitatis cellulas sanguinem cum spiritu naturali sibi ab hepate missum acciperet, & uitalem spiritum se liberius contineret, & ut etiam aerem à pulmone spiratum promptius attraheret, & ad temperandum calidum innate æstuationis: nam si esset intus solidum & expers conuexitatis mediarum partium interpositione impediretur constrictio, ex qua consurgit dilatatio. Interdicta uero dilatatione & constrictione nulla uitalis spiritus per arterias exufflatio fieret, & ita à naturali officio intra cor necessario deficeret. ¶ Cor uitæ, id est, sedes uniuersalis uiuificationis domicilium. ¶ Fida mansio, id est, fidelis habitatio. ¶ Vitalis caloris, id est, spiritus à quo omnia membra calefiunt. ¶ Basis unica, id est, fundamentum, sicut enim fundamentum est id quo ædificium innititur, ita tota microcosmi machina corde tanquàm firma basi & præcipua roboratur. ¶ Vnica, non sola sed principalis. Sunt equidem aliæ bases microcosmi, sed hæc est præcellentior, ut à principio, id est, proœmio docuimus, ubi quatuor principalium membrorum multa discussimus. ¶ Sol microcosmi. Sicut enim in maiori mundo, qui dicitur microcosmus solis beneficio omnia

irradian

irradiantur, illustrantur, calefiunt, & confortantur, & augmentanda augmentantur, terrena scientia ad conceptionem & partum uocatur, quando uero absentatur à nobis ad oppositam regionem & ad antarticum delegatur cardinem, & quando nubes sua oppositione nobis suum furantur aspectũ inferiora suo fraudantur beneficio, & aer tristis & caliginosus damnatur ob absentiam caliditatis. Simili modo à sole nostri corporis, id est, cordis omnia membra calefiunt uegetantur ad nutrimentum, & ad reparationem deperditarum partium inuitantur. Et si nubes fumositatis ipsum obtenebraret, uel alia causa repentina immutet ad eclipsim properat corpus humanum & luce uegetationis priuatur. ¶ Viuifici thalamus. In thalamo luxuriantur & iocundantur homines, lasciuiunt & recreantur tristes & inoportunos & superstitiosos absentant. Similiter in thalamo cordis, in quo celebrantur animo nuptiæ & naturæ uiuificis spiritibus medijs tanquàm seruis & uernaculis ministrantibus naturæ animæ matrimonio gaudens ex oblectamento temperante hilascit & confortatur nubere, melancholiam & rancorem eliminat, & sanguine puro & sincero suæ creationis adipem sortitur. Ideoque iure cor thalamus uitalis spiritus & uigoris dicitur. ¶ Thronus, quia sicut in throno principantur reges, sic in corde regnat & suum imperium tenet calor naturalis.

¶Penetrale. Secretior pars domus est, & cor est corporis humani pars secretior, ad quam tanq̃ magis clausam alijs partibus extinctis uis mortificationis tardius erumpit: unde mors describitur extinctio caloris naturalis in corde: sic enim non potest uita debellari nisi eius turris principalis obseruetur. Cætera membra quasi mapalia & appendentia castro, quibus abruptis principatus uitæ non derogatur. ¶In quo, scilicet corde. ¶Scaturit, id est, ebullit & æstuat. Riuorum & aquarum est de terra scaturire, quæ de terra extra impetuose saliũt & erumpunt. Aqua nanq; fæculenta limi uiscositatis ligata non scaturit. Calor quidem in corde scaturit ad similitudinem aquæ salientis. Ecce ꝗ fonticulus, id est, uitalis spiritus cum sanguine mundo defæcato, fons iugiter manans saliens in corporis uitam, nec arescere potest nisi cum uiolentia siccauerit mortis, qui scilicet fonticulus membra regit tanquàm præsens & patronus corporis, & cor ea sustentat. ¶Vegetat, id est, uiuificat sua infusione uel natura mediante per membra. ¶Auget, quia uigore uitalis spiritus & animalis naturali mediante corpus nutritur & augetur. Cum enim mortificatum est corpus, & à uitali spiritu destitutum non nutritur. Qualiter uero animæ infusione nutriatur corpus, & ante infusionẽ spiritus uitalis & animalis montipedensibus soluendum relinquamus, ut inde medicum exerceantur. ¶Dispονis, id est, totum corpus suæ

pus suæ complexioni assimulat & confortat, ut totum totaliter acceptum, nam ossa non possunt primo mutari à sua crasi cum sint frigida & sicca, sed partes toti corpori communes, quod plenius in tegni debet dici. ¶ Adaurat, id est, euentat & refrigerat & attracti aeris mulcebritate contemperat: aliter enim totum corpus à uehementia æstuationis candesceret, nisi aer attractus à corde, & aspiratus à pulmone flabello suæ euentationis ipsum demulceret. ¶ Hinc. Id est, ab ipso corde tanq̃ à fundamento naturæ. ¶ Tu requiras, ô Phisicæ rimator. ¶ Stabiles numeros & phisica uincula. Id est, propositiones firmas, quæ in numeris attenduntur, & phisicales modos & inuisibiles gumphos, quibus anima est corpori irretita. Est enim certa mensura & certa proportionum meta, in qua qualitas cordis in toto corpore, & in quolibet aliorũ mẽbrorũ calor debet excedere, quæ si infra illã metã subsistit magis q̃ natura possit sustinere, uel suã metã transgrediatur, uita destruitur. ¶ Phisica uincula, id est, uitalis spũs naturalis & animalis, quibus mediantibus anima coniungitur corpori illi, nanq; spũs licet in discretis locis habeant generari, tamẽ in corde robur, & inde confortationẽ recipiunt, ex caliditate etiam cordis & naturali spũ uirtute caloris depurato in corde, uitalis spiritus reperitur & animalis. ¶ Ex sementinis. ¶ Dixerat cor esse solem corporis, & fundamentũ caloris naturalis, nunc assignat quare ita

 sit.

ſit. ¶ Quia uis ignea. Id eſt, naturalis calor contra-
ctus ex primis componentibus quæ cauſæ ſementinæ
ſint & originales, hanc ſedem cordis inhabitat, &
quodam fœdere germanitatis eam ſedem deuotius
amplectitur, licet enim in qualibet parte corporis ſit
calor tanquàm regitiuus totius corporis, cor tamen
ſibi quaſi firmam & ſtabilem appropriat manſio-
nem. ¶ Vnde datur. Probat ex forma cordis, cor
eſſe naturalis caloris habitaculum, habet ſiquidem
formam pineatam & cono ſimilem in imo groſſum
& rotundum quadam latitudine orbiculari diffu-
ſam ſuperius uero tendentem in acutum, quæ forma
rei accõmodata ex uirtute igneitatis ignis naturali
motu ſuo tendit ad altum uel in acutum. Ex groſſio
ribus ergo partibus & aquoſioribus plus groſſitiei
& terreſtreitatis habentibus, fit in imo cordis am-
platio aquoſæ partes impeditæ & terreſtribus, non
ſequuntur motum intimæ conſtrictionis. Ex alteru-
tra ergo partium contradictione eius pars inferior
groſſa quadam orbiculatione rotundatur. Igneæ
ergo partes & aereæ ſurſum raptæ impetu caloris
raptu propriæ leuitatis aſcendẽtes, tendentes in acu
tum cordis ſummitatem in modum coni uel pirami-
dis conſtituit. Sed obijcitur quare cor in humano
corpore ſic diſpoſitum eſt. ꝙ ſecundum diſpoſitio-
nem cordis in ſummitate groſſum eſt, & inferius
acutum. Vnde ſecundum diſpoſitionem iſtam ratio
prædicta infringitur. Ad hoc dicimus ꝙ ſecundum
græcos

græcos homo dicitur antropos, quasi sursum conuersus, & assimilatur arbori inuersæ: sicut enim arbor inuersa habet radicem constitutam sursum, & à radice ramos procedētes inferius, sic homo cerebrum quæ est radix totius corporis habet superius ortum, cætera uero membra à cerebro tanq̄ à radice mediantibus neruis progredientia habet constituta deorsum, ita secundum dispositionis huius ordinem cor in superiori parte obtusius est, inferiori uero respectu huius ordinis acutius est, sed naturali ordine positionis inspecto, cum omnis radix debeat supponi & rami eleuari, erit secundum hūc naturæ ordinem cor in summo acutum & imo grossum & obtusum. ¶ *Basim. Id est, fundamentum substantiæ cordis, quod terrestribus partibus in imo residentibus compositum est.*

¶ *De motu cordis.*

Effreno rapitur motu, nūc surgit in arsim,
Nūc aduersa thesis, ipsum p̄mit ęmula cētri.
Continuo motu res feruida posset aduri.
Deficeret, traheretq; sui dispendia motus.
Sed pulmo madidus, crudiq; humoris alumnus.
Multis distinct⁹ cameris fouet ignea cordis.
Blando concepti spiraminis ore flabello.

¶ *Effreno. Postq̄ agit autor de cōplexione & forma cordis & officio ostendit hic motum eius. Ad hoc sciendū q̄ sunt tres motus in humano corpore.*

Primus naturæ tantum. Secundus animæ. Tertius animæ & naturæ simul. Motus naturæ effrenis est & necessarius, irrationabilis & uiolentus, ex quo incepit desinere: nescit donec compleatur. Vnde repræhendimus errorem quorundam, qui asserebant motum cordis fieri per quosdam neruos descendentes à cerebro ad lacertos pectoris, quos lacertos ipsi nerui mouent. Lacerti moti mouent thoracem, & secum trahunt pulmonem, pulmo motus commouet cor, quia ab aula meæ speculationis arbitror esse insufflandum. Motus enim cordis, ut ait Galenus, naturalis est, nec est in nostra potestate, ut possit differri, ut motus animæ. Motus animæ uoluntarius est, & ratio subiacet uoluntati, & ratione moderatur, & administratur per neruos & spiritum animalē, qui animæ neruaculus & præambulus est. Hunc motum possumus differre et retardare, prout uolumus, sicut motum manus uel pedis, uel alterius membri. Tertius motus qui medius est pulmonis & thoracis, est ibi partim naturalis. Vnde ex toto non potest differri necessitate inducente legem motionis partim uoluntarius est, unde ad tempus differri potest, & uoluntas arbitrium sequitur, quando flatum suspendimus, & ab inspirato cessamus. In eo enim quòd differri potest, procedit ab anima, & est uoluntarius in eo quòd ex toto differri non potest, sed necessitate respirandi in actum reduci cogitur, à natura procedit, & est uniuersalis.

Non est

Non est itaque proportionalis motus cordis motui pulmonis: motus enim cordis prius duplicatur uel triplicatur quam motus pulmonis uel thoracis compleatur semel: motus thoracis est proportionalis motui pulmonis. Et motus cordis non respondet motui pulmonis: uerum est si dexteram manum super leua mamilla applices, uel si pulsuum in arterijs discernis naturam comperies triplicem motuum prius cordis, quàm semel perfici motũ pulmonis. Sed motui arteriarum proportionalis est motus cordis. Moto nanq; corde mouetur arteria tota, sicut moto baculo in manu mouetur manus & etiam baculus in summitate in medio & in principio: uidetur enim alicui arteria moueri sed posterius quàm cor cum non moueatur nisi ex motu cordis. Spiritus enim uitalis qui cor dilatat, et arterias non põt esse simul in corde & in arterijs, sed tractu temporis à corde in arterias diffundieur. Vnde motui cordis dilatatio arteriarũ successiua esse uidetur quod soluẽt montipedenses. Motus itaq; cordis qui secundũ assignatam rationem effrenis est & necessarius duplex est. Alius est simplex, alius compositus. Simplex qui tantum consistit in dilatatione uel tantum in constrictione. Qui ex dilatatione & constrictione cõsistit compositus est & constat ex cõtrarijs motibus. Diastoles dilatatio & arsis sunt idem. Sistoles uero constrictio & thesis sunt idem. Et est diastoles motus cordis ad extrema. Sistoles est circunstantiũ par-

tium reductio ad centrum. Impetus ergo cordis & uehementia ſpiritus in præelectis operatur dilatationem: & tantum durat dilatationis motus quantum permittit impetus caloris & uehementia, ſiue uiolentia ſpiritus impellentis. Diaſtolem itaq; operatur caliditas inducens ebullitionem & ſpiritus impellens: ceſſante itaq; aut languente uiolentia impulſionis remittitur motus dilatationis. Et tunc ex terreſtri ſubſtantia cordis propter uehementiam partium extremarum & grauitatem earum fit compreßio cordis: & extremarum partium adinuicem reductio. Motionis uero cordis uariæ & differentes ſunt cauſæ quæ à nobis quatuor eſſe dicuntur. Calida à cordis complexio forma eius, & compoſitio cum terreſtri ſubſtantia: & ſpiritus cum fumoſa ſuperfluitate innatus. Quarta cauſa poteſt dici ſiue eſſe ſpiritualis uirtus quæ à tribus præcedentibus procedit, Sed qualiter ex ſpiritu impellēte tanquàm miniſtro, & calore tanquam artifice fiat dilatatio plenius oſtendemus. Sanguis per concauam uenam ab hepate cum naturali ſpiritu per dexteram cordis auriculam, ingrediens cordi miniſtratur in cuius concauitate ſanguis receptus locum calidißimum inueniens, incipit ebullire: & ebulliens reſoluitur & rarificatur in fumum & ſpiritum. Differt autem fumus à ſpiritu. Spiritus enim ſubtilior eſt: fumus autem großior. Et eſt ſpiritus inter ignē & aërem medius: igne obtuſior: & aëre ſubtilior.

lior.

lior. Fumus est inter aquam & aërem medius. aëre grossior, & aqua subtilior. Fumus itaq; & spiritus generati in corde per uiam rarefactionis ampliorem locum occupãt & cordis concauitatem replẽt & distendunt: inde fit cordis dilatatio: quod autem corpus rarefactum maiorem locum occupet probari pôtest autoritate, ratione et exemplo. Dicit enim Aristoteles: ex uno pugillo aquæ multos fieri pugillos aëris. Hoc idem similiter ex alijs. Primum argumentum potest adduci. Si castanea integra imito cineri apponatur calor ignis humiditatem castaneæ in fumum resoluit fumus resolutus multo maior est quantitate quam habuit massa ex qua generatur: unde maiorem locum occupat, & locum in corticem & castaneam replet & distendit. Et cum intus nequeat contineri: quis nititur ad uaporationem ex quadam uiolentia sursum mouetur, & secum castaneã deportat nec eam reprimi permittit donec erupto cortice euaporet. Similiter fit cordis dilatatio ex fumo & spiritu ampliorem locum quàm sanguis occupantibus. Sed cõstrictio cordis ex sola eius ponderositate efficitur, sicut ad depreßionẽ castaneæ sola eius grauitas sufficere uidetur. Cum enim motus cordis secundũ diastolem & sistolem triplex sit causa: calida complexio cõpositio spiritus cum fumo innato. Sciendũ quod uirtus operatiua quæ est quarta causa procedit ab his tribus quæ sic describitur.

¶Virtus

Virtus motiua est motus cordis & arteriarum &c. Obijcitur de compreßione cordis, uidetur quod non sit operatio uirtutis. Nam quando incipit compresſio uirtus opera desinit, nec iam aliquem motũ exercet. Item nec uirtus potest operari nisi aliquo spiritu mediante, sed in compreßione nõ mouetur spiritus, nec per ipsum compreßio fit, sed potius ex cohærentia partium cordis qui cum sit grauis substantiæ uirtus suæ grauitatis deorsum deprimit. Nõ ergo operatiua uirtus est motio cordis & arteriarum secundum diastolem & sistolem: sed secundum diastolem tantum quod obuiat autori. Hoc argumentũ soluendum relinquamus his qui in talibus negociantur, ut habeant materiam litigandi. His explanatis literam exponamus. ¶ Effreno, id est, uiolento & necessario & naturali intellige de composito motu qui partes applicat cum subdit. ¶ Nunc, id est, quandoque surgit. ¶ In arsim, id est, in diastolem ex calore ebullitionem faciente & ex spiritu impellente. ¶ Nunc, id est aliquando completa dilatatione cessante impulsione spiritus. ¶ Thesis, id est, sistole. ¶ Aduersa: quia cõtrarius motus diastoles. ¶ Premit ipsum scilicet cor ex cohærentia & grauitate partium. ¶ Thesis dico. ¶ Emula, id est, familiaris & amica. Centri, id est, conuexitatis cordis. ¶ Continuo. Dixerat cor effreni & uiolento raptu motum: unde cum sit calidum & indesinenti & infrenato motu agitetur, posset inflãmari & incandescere, maxime

cum

eum ſit calidum & ignitum. Et tibi philoſophicalis methodus: quàm ſolida corpora maxime ſint calida ex motu caleſiũt, nec tantum calida, imò etiam quæ frigida ſunt & terreſtria. In quadrigis & molendinis circa axem ubi uoluitur rota ex impetu effrenate uolutionis ignẽ accendi uidemus. Quod ſi fuerit in corde: humani corporis deficeret, & diſcrimen diſſolutionis incurreret: quod ne fiat natura prouida & diſcreta, & in cunctis ſuis operanibus ſedula diſpenſatrix pulmonem conſtituit tanquam famulũ & camerarium cordis, & qui uentilabro concepte aereitatis contemperat cordis feruorem & igneam eius faciem flabello blande euentationis emulctet.

¶ Sed pulmo madidus. Quia eſt phlegmatis receptaculũ, & multa eliquatione humectatur. ¶ Crudiq; cruoris, id eſt, phlegmatis, quia eſt crudus humor, & primus indigeſtorum: ut dicit Ariſtoteles, & Iſaac in libro urinarum, ſpumoſitatem ſanguinis ſibi attrahit, pulmo ab hepate, ut inde phlegma faciat, & calidum ſuum contemperet. ¶ Multis cameris, id eſt, caſulis & ſpõgioſitatibus, quibus incameratus eſt, ut intra ſuæ cameroſitatis uentriculos maior etiã quantitas ualeat cõtineri, & fidelius & diutius retineri. Nam ſi plena eſſet ſibi conuexitas expers ſpongioſitatis aër intus conceptus ſtatim exiret, nec ſtabilem haberet manſionem, ſed ex quo eſt calor cameris concauis intricatus diutius commoratur, cuius diuturna commemoratio cordi neceſſaria

eſt plu-

est plurimum ad temperamentum & refrigeriū inspirationis, id est, aëris inspirati.

De causis motus cordis.

Cordis forma crasis fumus uis spiritualis.
Vernula uirtutis tribuēs spiramina mēbris
Sunt arsis causa thesis ex sola grauitate.
Perficitur dū deprimitur substantia per se.
Hinc regit & celebrat naturę regula motū.
Cuius uia animę membris infusa uigorem.
Suscitat: & reliquos uirtutis tēperat usus.

¶ Cordis forma. Quæ sunt causæ motus cordis, dicit quarta distinctio quæ suam lucem ex præcedentibus uendicauit. ¶ Forma. Quantum ad eius rotunditatem, quæ forma nobilitatis cōgrua est, nam omne rotundum est mobile de natura. ¶ Crasis. Id est, calida eius complexio: omne nanq; calidum de natura uelociter mobile, sicut omne frigidum tarde mobile. ¶ Fumus. Ex sanguine resoluto generatus, per partium rarefactionem, unde ampliorem locum occupans inflat cor & dilatat. ¶ Vis spiritualis. Id est, existens in ipso corde. ¶ Vernula uirtutis. Spiritus uitalis minister operationem secum defert, & uirtutem spiritualem. ¶ Tribuens spiramina, Id est, spiramina uegetationis toti corpori infundens. Hæc omnia prædicta causæ sunt. ¶ Arsis. Id est, diastoles. ¶ Sed thesis. Quæ est extremarum partium reductio ad centrū. ¶ Perficitur.

Ex sola

Ex ſola grauitate & cohærentia, & terreſtreitate ſubſtantiæ. ¶ Cum deprimitur. Id eſt, in motu propriæ grauitatis, nulla ſpiritus impulſione ad hoc operante. ¶ Hunc regit & celebrat. Dixerat autor motum cordis eſſe effrenem & neceſſariũ, quia fit à natura tantum. Inde uidetur alicui quod ſoli naturæ attribuendus eſſet cordis, & quod omnino à uirtute animæ alienus, ideo oſtendit quod quãuis fiat à natura principaliter, tamen uigorem ſuæ formationis ſortitur ab anima, ſed probatur quod motus cordis tantum ex anima procedit. Dicit Conſtantinus in pantegni, quod uirtus quædam attinet naturæ tantum, & dicitur naturalis. Alia eſt quæ corpus uiuificat & cor dilatat & arterias & iterum conſtringit quæ ad animam attinet, & dicitur ſpiritualis. Tertia eſt quæ ſenſum & uoluntarium perficit, ſcilicet animalis, & ex hoc uidetur quia uirtus ſpiritualis quæ cordis motum operatur: tantum procedit ab anima. Ad hoc dicit Conſtantinus cum dicit uirtutem ſpiritualem ad animam pertinere, non ideo dicit, quia uitam & primordiam ſuæ eſſentiæ ſumat ab anima: ſed quia ex infuſione animæ ſuam perfectius exequatur actionẽ. Ante enim infuſionem animæ inerat tantum ſecũdum habitus, ſed anima infuſa eſt ſecundum actum: unde ex infuſione animæ omnes uirtutes corporis in ſuis explendis actionibus fortiores exiſtunt.

Innatum recreet ut mulcebris aura calorē,
Et pcul absentent fumosę umbracula nubis
Spiritus ut digno reparari fomite possit,
Ex arsiatq; thesi cōflatur motio cordis,
Quę pulsum faciat & uitę consona fiat.
In pulsu resonant tenor & concordia uitę,
Syzigię uitalis amor modulamina cordis.
Intima temperies animi secreta uoluntas.
Augma paroxism⁹ status & pariodic⁹ error
Morborū cretici motus quid fata minētur.
Quid possit lachesis, quicqd parat exitialis,
Antropos, ense nescis dū fila sororia rūpit
Vrinę fraudes aperit discretio pulsus
Certificatq; fidem pulsus cōfirmat & unit.
Iudicij genus in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mēs pēdula mutat.

¶ Innatū. Quid sit motus cordis & quibus causis concurrentibus fiat, & quid operetur motū cordis, aut anima aut natura dixit, quia aut ex motu cordis, aut ex causis motū cordis operantibus procedit pulsus, ideo insinuatiuæ ponit descriptionē pulsus. ¶ Cum tota huius operis doctrina de pulsibus constituatur, ex ratione propositi tenētur pulsus assignare descriptionē. Describitur à philosopho sic. Pulsus est motio cordis & arteriarum &c. Hæc autem diffinitio intelligenda est per causam, non per essentiam suam sicut, sunt multæ diffinitiones huius artis.

artis. Pulsus enim non est illa motio, quæ est in corde cum ipsa sit singularis, & pulsus sit in arterijs à corde remotis, motus tamen cordis causa est illius motionis, quæ est in arterijs, & quæ est pulsus, sicut enim ex motu arboris sequitur motus frondium & fructuum, nec tantum unus est, sed alius licet ab altero fiat, sit & in pulsu, mouetur enim cor & dilatatur, ex cuius motu uitalis spiritus impellitur, & impulsus arterias mouet, quarum motus est pulsus, unde pulsum sic poßumus diffinire. Pulsus est motio ex diuersis motibus composita in membro concauo & arterioso facta à motu cordis, & quarundam arteriarum procedens à uirtute operante spiritu mediante. Potest etiam dici q. diffinitio phisicalis est per essentiam, ut pulsus sit motio composita ex motu cordis & motu arteriarum. Ex diuersis namq; motibus potest conflari una motio composita. Hæc itaq; motio cordis erat motio, quæ est pulsus & motio arteriarum. Similiter erat pars eiusdem. Ille ergo qui tangit pulsum, sentit partes, non ergo sentit motum cordis, sed illud perpendit ex motus arteriarum cognitione. Literam expone taliter. ℂMotio talis. Quæ pulsum facit, est composita ex motu arteriarum & cordis. ℂConflatur. Id est, componitur. ℂEx arsi & thesi. Id est, dilatatiōe & sistole, id est, motio cordis & arteriarum composita secundum diastolem & sistolem consideratur sequitur. ℂVt mulcebris. Hic assignat utilitatem pulsus. Vnde hæc

clausula nõ est de diffinitiõe, sed ad utilitatis expres sionẽ annexa est, sicut in diffinitione phisicali adiungitur hæc clausula ad infrigidationẽ caloris innati. Est autem utilitas pulsus, ut suo motu calefiat corpus, & ex aere inspirato à pulmone spiritus uitalis reparetur, illius enim attracti aeris pars euaporat per poros corporis, quædã à colore cõsumitur, quædam à cordis cõstrictione in pulmone expirat, quædam retenta subtiliatur & depuratur, & ex ea uitali spiritui annexa & adiuncta uitalis spiritus reparatur, & hoc est. ¶ Vt mulcebris aura. Id est, aer inspiratus. ¶ Recreet. Id est, emulceat & contemperet. ¶ Innatum calorem. Id est, naturalem, qui aliter æstuaret & incenderetur. ¶ Nota duplex est calor innatus, unus contractus ex primis componentibus, & est principalis qui in mortuo subiecto à substantia non recedit, qui iugis est & comes perpetuus assequa subiecti, quem uiolentia mortificationis nõ potest subuertere. ¶ Caro enim leonina q̃uis sit mortificata, tamen cholerica est, & calida in quarto, & in corpore suscepta dissoluit & febrem prouocat, unde hæc non est nisi ex calore innato. Est & alius calor innatus contractus ex influentibus & infusione spirituum & humorum, & est actu tantum qui substantiam reliquit, & iste ex aere recreatur & distemperatur, & nõ alius. ¶ Vmbracula fumosæ. Id est, superfluitates, quæ receptæ in corpore obnubilarent & obumbrarent uitalem spiritum. ¶ Absentent.

ſentent. Id eſt, exufflentur à corde ad pulmonē, & à pulmone exterius emittantur. ¶Hic poteſt queri quando ſufflamen ſuſpendimus, quo aera cor attrahit, in quo ſuperfluitates expellit. Dicitur ꝙ in ſpiramine fit attractio aeris, qui aer per tracheam arteriam ad pulmonem tranſmittitur, & in pulmonis cauernulis ſuſcipitur, nec ad cor aer ille totus tranſmittitur duplici de cauſa, tum quia cor totius aeris attracti ad pulmonem capax non eſſet, cuius pulmo eſt capax tanꝗ macer membrū, tum quia eius partē in ſe continet, ut licet aer ab exterioribus non attrahitur, cum cor inueniat aerem in pulmone, quē poſſet attrahere, & ꝗuis pulmo repletus ſit aere, & cor habeat in ſe ſufficientē aerem quo poſſit foui, unde uidetur ꝙ longo tempore poſſit teneri aer nullo mediato ſuffragio ab aere exteriori, tamen hoc fieri nō poteſt, quia cor ſemper in conſtrictione, quæ ſucceſſiua eſt dilatationi fumoſas ſuperfluitates emittit, quæ tranſmiſſe ad pulmonem, ſi non poſſunt exufflari, nec in corde cōtineri iterum ad cor reuolute & reciprocate uitalem ſpiritum ingroſſarent, qui naturaliter debet eſſe ſubtilis, unde ingroſſato nimis ſpiritu, nimia dilatatio cordis fit, & extrema gaudium redire prohibentur. Si enim eſt nimia ſubtiliatio ſpirituum, quibuſdam eſt cauſa mortificationis, unde nutriti in aere groſſiori tranſirent ad regionem calidam, in qua defecatus eſt aer cito morerentur, quia ſpiritus uitalis nimis

ſubtiliatur & præter naturam debilitatur, nec po-
test cordis groſſitiem ad plenũ dilatare, inde q̃ ſin-
copizant & ſincopizantes ſuffocantur, inde eſt q̃
piſces nutriti ex groſſo aere aquæ ab aqua extracti,
ad ipſum aerem qui ſubtilior eſt moriuntur, ſed qui-
dam tardius, ut anguillæ, quidam citius, ut allecia,
quidam medio tempore, ut lucij & barbelli. Et qua-
re hoc fiat inueſtigent ſocij. Similiter dico nimia ſpi-
ritus uitalis ingroſſatio præter naturam, facit incur
rere mortem, unde homines de Lybia ſi tranſirent
ad aerem ſpiſſum, non diu uiuerent, nec nos in ae-
rem eorum diu poſſemus uiuere, propter eandem
cauſam, quia ſpiritus uitalis ex inſpiſſatione uel in-
ſpiratione, quæ præter naturam ſuſcipitur corrum-
pitur, & ideo inſpiſſato & implente latera cordis
ſpiritu cor immoderate dilatatur, quod cum metam
ſuæ dilatationis excedit impedita conſtrictione, fa-
cit ad interemptionem animalis. Sunt enim duæ cau
ſæ mortificationis immoderatæ, ſcilicet dilatatio &
conſtrictio, ſicut enim corpus animalis dilatationẽ,
niſi debitam habeat uiuere non poteſt, & conſequa-
tur conſtrictio & conſtrictioni ſuccedat dilatatio,
ſic ex impedimento uel immoderantia dilatationis
& conſtrictionis periculũ mortificationis incurri-
tur. Et ut uiuat humanũ corpus, nõ ſufficit inſpira-
tio niſi reſpiret, hæc aũt fiunt ſecundũ uiciſſitudinẽ
dilatationis & cõſtrictionis cordis, inde eſt q̃ ex ri-
ſu & nimio gaudio multi propter nimiã dilatationẽ
ſincopi-

ſincopizant & ſincopi perſeuerante moriũtur. Dũ enim pro immoderata dilatatione fumoſæ ſuperflui tates impedita conſtrictione non exufflantur, ſed in corde retinentur, retente inſpiſſant uitalẽ ſpiritum, qui debet eſſe ſubtilis, qui inſpiſſatus præter modum extinguitur, ſicut ignis æthereus igniens aerem quã do motus ignis communis ad groſſiorem deſcendit aerem, dum enim ingroſſatur natura ſubtilis egredi tur & extinguitur. Similiter ignis in ſtupa accen= ſus in ore ioculatoris tenetur, quia ex flatu & anhe litu ingroſſatur, & anteq̃ egredi poſſit extinguitur. Simili ratione, ignis exiſtente aere nimis humido & pluuioſo uix poteſt ardere, quia ex aere pluuioſo in ſpiſſatur. Etiam ex gaudio fit ſincopis alia ratione, quia impedita exufflatione uitalis ſpũs nõ poteſt re parari animal, quo deficiente ceſſat ſenſus & uolun tarius motus animalis. Naturalis etiã calor in cor= de ex fumoſis ſuperfluitatibus retentis annihilatur, ſicut ex gaudio fit ſincopis et mortificatio, quãdoq; propter immoderantiã dilatationis, ita ex triſtitia & terrore plurimo accidit propter immoderantiã conſtrictionis. Cũ enim laterales partes cordis im= moderate cõſtringuntur excluſa uacuitate: ideo in corde nullus aer recipitur, nec fit reſpiratio aeris, quæ eſt neceſſaria ad temperandũ feruorẽ cordis & uitalẽ ſpũm recuperandũ. Hæc uero omnia uarian tur, intendũtur aut remittũtur, ſecundũ differentias cordis, quoddã enim cor molle eſt tenerũ & lap ſam

habet substantiā tale cor, gaudio superueniente ex obedientia suarum partiū amplius dilatatur & uehementius. Et homines talis cordis facilius sincopizant & fortius. Et si constituatur in balneo aereo carēte respiraculis sincopi cito periclitātur, habentes uero durum cor & terrestre & cōpactū ex gaudio sincopizant tardius, quia durities cordis resistit dilatationi immoderatæ. Sed ex tristicia adueniente citius sincopizāt & fortius, quia durities partiū & grauitas iuuat excessum constrictiōis huiusmodi habentes cor durū ualde, si ingrediātur fornacē, ubi est aer subtilissimus, propter cōflationē metallorū uehementer sincopi incurrūt ex defectu dilatationis, quia uitalis spūs in duro corde esse grossus, & à subtilissimo aere ualde subtiliatus nō potest latera cordis ad modū debitæ dilatatiōis propellere. Inde conuenit q pueri citius sincopizant q̄ uiri. ¶ In pulsu resonāt. Insinuata pulsus diffinitione, oportet utilitatem pulsus declarare, scilicet declaratio cōsistentiæ & habitudinis corporis tēperati uel eius distemperantiæ, uel discretio passionū et affectionū animæ dilucidatio temporū & acutarū ægritudinū, distinctio futurarū crisiū, uel ad bonū uel ad malū cognitio uitæ & mortis, abradicatio fraudū et delusionū urinæ certificatio, quæ omnia ex sententia literæ melius declarabuntur. ¶ Tenor, id est, subtilitas uitæ & integritas, & eius cōcors cōtinuitas secundū naturalē legē corporis ipsius. ¶ Resonant in pulsu, id est, mani

est, manifestantur per pulsum, sicut enim per sonum declaratur claritas metalli & cymbali, bonitas uel malitia, sic per pulsum quasi per quendã sonũ, quia in ipso pulsantur arteriæ ex motu spũs impellentis declaratur destẽperãtia uel temperãtia humani corporis, & nõ solũ per pulsum ea cognoscũtur. ¶ Sed amor, id est, pax & cõsideratio uniuersalis. ¶ Sinzugiæ, id est, uitæ humanæ, quæ per quandã sinzugiam & proportionalẽ cõcordiã, quatuor elementorum in corpore cõsistit, per uitalẽ sinzugiã potest intelligere admirabilẽ cõpaginẽ et matrimonialẽ complexionẽ uel copulã inter corpus & animã. ¶ Modulamina, id est, temperamẽta, nõ solum cordis, sed interiorũ membrorũ, quæ corde bene se habente fortiora & temperantiora sunt, sicut eo male se habente languent & fatiscunt. ¶ Secreta uoluntas, id est, passiones & affectiones animæ, sicut gaudium, ira, tristitia, animositas, timiditas, auaritia, liberalitas, quoniã immutãt pulsum, & etiã per pulsum declarantur, quãuis distinctio taliũ sit difficilis. In gaudio enim quia cor mediocriter dilatatur ꝓpter tẽperamẽtũ affectiõis, et quia sanguis tẽperatus est humor qui in gaudio mouetur, cor paulatim et tẽperate ab interioribus ad exteriora diffunditur, unde pulsus tẽperato ꝓcessu in magnitudine augmẽtatur, & mediocriter inter fortẽ et debilẽ et ueloce & tardũ sibi uendicat. Nõ enim multa refrigeratio necessaria est ꝓpter caloris tẽperamẽtũ. In ira, q̃a calor impetuo-

 se ab inte

se ab interioribus ad exteriora diffunditur, & cho-
lera æstuosa est, quia in ira mouetur, ideo ex ira re-
pente pulsus in magnitudinem surgit, & impetuo-
sitate choleræ prouocatus, neglecta formidine, uelo
citatem & frequentiam assumit: unde si talis effici-
atur pulsus præter naturam corporis sine febris irri
tamẽto, sine corporis exercitatione colligi põt, quia
talis ex ira fiat. Et iram significat, maxime cum ira
fit feruor cordis &c. In quo ex desiderio uindican-
di cum uindicta fiat per exteriora extra calor pro-
rũpit furiosus. Hic uero pulsus qui fit ex ira, fit for-
tis, magnus, frequẽs & uelox, tamẽ inter molliciem
& duritiẽ fit mediocris. In tristitia & timore pul-
sus parui & debiles fiũt, quia calor ab exterioribus
ad interiora reducitur, & ex motu melãcholiæ, quæ
dominiũ habet, in timore pigritatur calor naturalis
& sanguis, & cõfortato motu melãcholiæ & sedes
& segnis, & quasi cõgelatus efficitur: unde pulsus
paruus, debilis & occultus, tã in timore magno q̃ in
tristicia, propter motũ subitũ terroris & tristitiæ li-
uorẽ. Sed si timor aliquãtulũ durat & moretur, quo
usq; uirtus debilitetur, et spũs torpeat et pigritetur,
fit pulsus uel miraculosus, deinde formiculosus. In
terrore uero cũ calor naturalis subito intra propel
litur, uirtus modo quasi timida fugit, modo quasi
defensura reuertitur ex duplicitate, talis motus fit
pulsus uelox, tremens & inordinatus. Si ergo ti-
mor perseueret, pulsus pulsui tristi similis redditur,
sed si tar

ſed ſi tardauerit quouſq; debilitetur fit pulſus uermi culoſus. Ex magnitudine & audacia naturali contracta, & ex humida & feruenti natura cordis fiũt pulſus magni & fortes. Et ex puſillanimitate & timiditate fiunt pulſus parui debiles. Ex liberalitate & largitate magis aperti et temperati, ex auaritia cõtrarium. ¶ Augma. Nõ ſolum paßiones animæ per pulſum innoteſcunt. Sed quatuor tempora ægritudinis acutæ & qualitate paroxiſmorum & quantitates peryodorũ. In principio ægritudinis acutæ fiunt pulſus magni & ueloces, minus tamen quàm in augmento propter cruditatem humoris. Et quia calor ex multa materia oppreſſus eam non ſufficit ad plenum reſoluere in augmento ægritudinis calore iam adulto materia amplius ſolui incipiente & inualeſcente calore pulſus maiores & fortiores occurrunt. In ſtatu pulſus ad magnitudinem & uelocitatem pulſuum accedunt propter acumen caloris. In declinatione tepeſcente calore, minorantur pulſus & tardi fiunt, quod autem declinatio fiat ſic cognoſces. Si præceſſerit criſis uel ſi etiã ſine omni criſi materia eſt cõſumpta, quia ſæpe contingit eam febrili calore conſumi ſine alia purgatione, & tunc æger incipit eſſe compos ſui, tunc eſt declinatio morbi, & tales pulſus boni ſunt. Si uero nihil horũ præceſſerit & æger ſit mente ſtupidus & debilis & ſenſibilitatis diminutio, tales pulſus peßimi ſunt, quia ex defectu morbi non fiunt ſed naturæ: unde dicit

Philaretus. Rari pulſus ſemper ſunt difficiles. Augma, id eſt, augmentum ægritudinis. In augmenintelligi principium. ℭ Paroxiſmus, id eſt, exacerbatio, ægritudinis propriæ cũ ſit in acutis. quia oxi dicuntur, id eſt, acute: ideo paroxiſmos habent pulſus, inſtantiam paroxiſmorum indicant, quia tunc faſtidioſus magis & uehementior erit. ℭ Status, id eſt, ſtatus peryodi. Et peryodicus error, id eſt, acceßio interpollata, quantũ ad interpollatas quæ per circulares & peryodicos motus reſoluuntur. Pulſus interpollatam febrem ſignificat, quia continet ſuam uelocitatem & frequentiam. Sed cæteris temporibus laceßit & cæteris temporibus inualeſcit: habet ſe tantũ ad ſignificandum interpollatã. ℭ Morborum cretici motus, id eſt, determinationes acutarum quæ criſes dicuntur. ℭ Quid minantur fata. Tria ſunt fata, id eſt, tres Parcæ, cloto, lacheſis & atropos. Cloto eſt motio de non eſſe ad eſſe, & eſt generatio. Lacheſis eſt productio ſecundum cõtinuitatem exiſtẽdi. Atropos eſt corruptio, id eſt, egreſſio à ſubſtantiali ſtatu, ſiue conuerſio de eſſe ad non eſſe, tota uis uel facultas Parcarum in pulſu exultat. ℭ Vrinæ fraudes. Hic ponitur ultima utilitas conſiderationis pulſus, quia naturæ iudicium per ipſum certificatur, & per ipſum fraudes urinæ & ueritas aperitur. Vrina nanq; cõſiderata fallit medicum, niſi eius iudicium per pulſum certificetur. Nam ſi pulſus urinæ conſentit, tunc eſt iudiciũ urinæ bonum.

næ bonum. Si autem dißideat malum est. Cũ enim proportio adsit signorum unit iudicium, id est, ad unitatem iudicij reducit. ¶ Genus in speciem. Vrina quandoque apparet rubea & turbulenta in colore & substantia, & distemperantiã significat corporis, scilicet calorem, & ideo ægritudinem significat in genere, sed quia talis potest apparere ex multis causis, sicut ex febre uel apostemate uel ex ruptura uenæ uel hepatis calefactione, uel ex inordinato exercitio sanguine plus iusto fluente, quamuis significẽt ægritudinem in genere, tamẽ non determinate & diffinite significãt eam. Sed adhibita significatione pulsus & consideratione genus specificat, determinat & declarat quæ sit ægritudo in specie, utrum febris uel alia, et si febris utrum continua uel interpollata.

Incipit principale propositum de decem generibus pulsuum.

QVinq; modis probat artificis solertia pulsus.
Ex quibus elicitur numerus generum duplicatus.
Ex forma motus tria, magnũ forte citatũ.
Molle parit plenũ calidum substantia mẽbri
Ex quibus & primis series senaria surgit,
Spissũ cõstituit mora, quę discriminat arses
Qui pede dactilico passim declinat ab alto,

Et

Et qui deficiens surgit, uiresq; resumit.
Ex collatiua thesium ratione notatur.
Tanq; precipuis adiūcta nouissima primis,
In quibꝰ est motus discors uel cōsonꝰ unꝰ.
Ordo uel aduersus numeri ratiōe notatus.

Executis quibusdā antecessorijs & præparatorijs necessarijs ad subsequēs, scilicet de officio cordis & forma & complexione de intentione & causis intentionis, de diffinitione pulsus de utilitate considerationis pulsus, his inquam diligēter pertractis aggreditur autor principale propositū, ut instruat doctrinam de pulsuum generibus. Sunt itaq; genera pulsuum diuersa & diuersæ pulsuum differentiæ secundum diuersas differentias medicinæ & considerationes, & sunt decem genera pulsuum, & quinque considerationes. A quinq; enim considerationibus decem genera pulsuum oriuntur. Prima consideratio medicinæ attenditur circa proprietatem motionis arteriæ. Nam motio arteriæ est talis quæ est magna parua mediocris, uel fortis debilis uel mediocris, uel uelox tarda uel mediocris. Ab hac prima cōsideratione quæ circa proprietatem uertitur, tria genera pulsuum attenduntur & nascuntur. Primū genus pulsuum est magnus, paruus & mediocris, ut sub uno genere cōtraria colligamus, quorum eadem est disciplina. Secundum genus fortis, debilis & mediocris, quæ similiter sub uno genere reputatur. Tertiū genus est quod ab eadem consideratione tra

hit origi

bit originē, ſcilicet uelox, tardus & mediocris. Pri mum genus pulſuum diuiditur in longum, curtum & mediocre, latum ſtrictum & mediocre, apertum occultum & mediocre, quorum omniū ſignificatio nes cauſæ & diffinitiones patebūt ex litera uel ex li teræ conſideratione. Secunda conſideratio uertitur ſecundum conſiſtentiam organi, id eſt, arteriæ, quæ eſt organum & inſtrumentum pulſus eſt aut arce- ria huius conſiſtēte, quia ipſa eſt dura mollis & me- diocris, uel plena uacua & mediocris, calida frigi gida & mediocris, hæc proprie pertinēt ad arteriā. Pulſus nanq; proprie non dicitur calidus mollis ni- ſi gratia arteriæ, quæ talis ſentitur. Ab hac conſide- ratione ſumuntur tria pulſuum genera, durus mol- lis & mediocris, pelnus uacuus & mediocris, cali dus frigidus & mediocris. Tertia conſideratio pul ſus ſumitur à diaſtole & ſiſtole, id eſt, ſecundū ſpa- cium quod attenditur in dilatationē & conſtrictio- nem, licet enim conſtrictio non occurrat ſenſui, ta men per ſpacium & moram quæ eſt inter dilatatio nes conſtrictionis mora perpenditur quæ ſi ſit ma- gna fit pulſus paruus & rarus. Si parua ſit frequēs. Ab hac itaq; conſideratione elicitur ſeptimū genus, ſcilicet rarus frequens & mediocris. Dicit Conſtan tinus in pantegni, quod ſeptimum genus ex parte quietis eſt & adducit autoritatē Gal. dicentis. Pul ſus in dilatatione & cōſtrictione, quietes habet duas unam cum pulſus in dilatatione ſua extrema digi-

torum

torum percutit, & hanc exteriorem uocat quietem & hanc sensibiliter inuenimus. Quies secunda est cum pulsus in constrictione ad centrum suum re=dit, & hæc quies nõ est sensibilis, quia nõ facile sensu cognoscitur uel percipitur, sed cõstrictionis mora ex dilatatione cognoscitur. Quarta considera=tio uersatur circa collationem aperte more, & oc=cultam proportionẽ earum. Si enim plures sint aperte more quàm occulte pulsus est iucidẽs, id est, pro=pter maiorationem sui in notitiam sensus nostri cadens. Si autem sint plures occulte quàm aperte, dicitur pulsus decidens, id est, à notitia nostri sensus cadens, Et hoc est octauũ genus quod nascitur à quarta consideratione, scilicet incidens & decidens. Et nota ad hoc quod incidentia & decidentia pulsuum determinentur, nõ oportet octo uel nouem motiões considerare, sed usq; ad centesimam percußionẽ, in consideratione progrediendũ est, ut collationes morarum ad moras, occultarum ad apertas fortium, ad debiles melius perpendatur, nõ enim si una motio fortis sequitur, et alia debilis sequitur & iterum tertia fortis & quarta debilis iudicãdus est propter hoc pulsus decidens, quia prima fortis, & secunda debilis. Nam eadem ratione cum secunda sit debilis, & tertia fortis sequitur, erit pulsus incidẽs, quia debilis tendit ad fortẽ, et sic posset probari quod idem pulsus esset incidẽs & decidens. Ad hoc dicimus qđ in ea consistentia, in qua uidetur pulsus permanere

diutius, talē eum iudices. Quod si cognosces, si pulsus in decem percußionibus sentitur, et in undecima deficit, deinde ab undecimo cōputes si in quarto ab undecimo deficit dicitur decidēs, & talis tendēs in defectū per quosdā gradus magis & deficiēdo mortē significat. Si uero deficeret in octauo postea in undecimo ab ea decidit, & postea tardius deciderit donec deficiat, talis incidens est, & significat naturam prius afflictā, morbo iam partim superato resurgere & conualescere. Quinta consideratio attenditur secundum permutationem uel consistentiā prædictarum considerationum, & ab hac consideratione duo extrema genera, scilicet nonum & decimum procedūt, quæ non principalia sunt genera, sed principalibus annexa & adiuncta, nō enim principaliter attendūtur, sed alicui adiacent, ut æquale & inæquale, ecce nonum: ordinatum & inordinatum, ecce decimum. ¶ Si pulsus sit aßidue fortis dicitur æqualis. Si aliquid admiscetur debile cum forti, inæqualis dicitur. Sed de his plenius dicetur in sequentibus. Nota quod hæc pulsuum genera nō sunt opposita. Circa unum, & eundem pulsum tria uel quatuor habēt esse genera. quādoq; & cōsistere, aliquādo enim pulsus magnus potest esse mollis, uelox fortis, spissus, æqualis, ordinatus plenus. Sed quædā sunt opposita, ut magnus paruus, nec sunt diuersæ genera sed diuersæ differētiæ unius generis, & ideo se non compatiūtur. Sunt autem diuersa genera nō

contraria.

contraria. Sed pro contrarietate causarum se nō su
stinent: ut magnus debilis: abundantia nanq; spiri-
tus facit magnum: defectus eius & caloris facit de-
bilem. Similiter forte, paruū, uelox, debile, spißum,
paruum, tardum, uelox, rarum. Et ut generaliter
dicam nulla possunt commisceri, in quibus cōtrarie
tas causarum non intercidat. Decem genera pul-
suum secundum diuersas rationes dicuntur, scilicet
secundum motum, secundum organum, secun-
dum plures motiones. Nota quod hoc nomen gene-
rale pulsus prædicari potest de quolibet inferiori,
quia de magno, forti, ueloci, raro, incidenti, æqua-
li, ordinato, molli, pleno, calido: non tamen in ea-
dem significatione. Dicitur nanq; hoc nomen pul-
sus quatuor modis. Primo modo accipitur pro mo-
tione quæ occurrit digito. Et in hoc sensu tria ge-
nera distinguuntur, magnus, uelox, ualidus. Secun
do modo dicitur pulsus res pulsata sicut organum,
& secundum hanc significationem duo distinguun-
tur genera pulsuum, scilicet molle plenum: hæc au
tem ad organum pertinent. Arteria enim mollis
datur uacua plena propriæ, extraneæ uero dicūtur
de motione quæ est pulsus: motio siquidē mollis du-
ra plena uacua in collatione dicitur, quæ et si dican
tur de pulsu prædicatio redūdat in proprietatē orga
ni. Calidum & frigidū & quod est tertiū genus pul-
suum ad rem pulsatam dicitur pertinere, & potest
patere ut illa tria genera pulsuū distinguātur prout

res pulſata dicitur arteria, etenim proprie dici poteſt calidum uel frigidum. Sed quidā conſiderantes, quod non eſt calidū uel frididum de ſe, ſed potius ex frigiditate uel mortificatiōe ſpiritus uitalis impellentis eam dicunt calidū uel frigidum pulſum dici pro re pulſante, & hæc eſt tertia ſignificatio pulſus, ut re pulſate accipiatur: hoc modo poſſet fieri, niſi eſſet quod dicit Philaretus quod nouū genus attenditur, ſecundū caliditatē, quæ redditur per totū corpus arteriæ, in quo conſideratur quantitas ſuppoſitæ materiæ per tactum, totum eſt de accidente, per quod inſinuat autor ꝙ pulſus calidus ad rem pulſatā pertinet non ad rem pulſantem: nam ſi dicat ꝙ pulſus dicitur calidus propter calidum ſpiritum, non propter ſubſtantiam uel qualitatē arteriæ. Similiter pulſus mollis, plenus, uacuus non debet dici, ut redundet prædicatio in ſubſtantiam organi, ſed in qualitatem humoris arteriam infundentis. Sentitur namq; arteria mollis, dura, plena propter humorem ſuppoſitum, quia phlegmaticus multus aquoſus arteriam mollem uel plenam efficit, ſed ſiccus duram uacuam reddit. Sed Philaretus teſtatur, quod ſecundum conſiſtentiā organi attenditur plenū, molle, durum uel uacuum uel ſecundū figuram. Si ergo plenū, molle durum, uacuū pertinent ad conſiſtentiam figurā organi, ſimiliter calidū & frigidum. Quis enim neget arteriam calidam eſſe ſua qualitate uel figura. Ipſa

enim calida uel figura sua qualitate tanq̃ causa formali, & est calida uel frigida ratione spiritus, & qualitate spiritus tanq̃ efficiente materiali. Vnde Constantinus in pantegni. Calor arteriæ est ex materia intra cõtenta, id est, spiritu & sanguine. Quarto modo dicitur pulsus collectio pluriũ pulsuum secundum q̃ quatuor genera distinguũtur, rarum, frequens, decidens, æquale, inæquale, ordinatum, inordinatum. ¶Solertia. Id est, prudentia. ¶Artificis. Id est, medici. ¶Probat. Examinat & dijudicat. ¶Pulsus. Generaliter intellige non pro motione, nõ pro re pulsante, non pro re pulsata, non pro pluriũ collectione, & quomodo probat ostendit. ¶Quinq; modis. Id est, quinq; cõsideratiõibus discretis. ¶Ex quibus. Id est, considerationibus. ¶Elicitur. Id est, procedit. ¶Numerus. Id est, decem genera pulsuũ, quæ in dupla proportione se habent ad quinq; cõsiderationes. Nũc prosequitur quo modo. ¶Ex forma. Id est, proprietate motionis arteriæ, circa quam uertitur prima consideratio. Noscuntur tria, scilicet genera, & ostendit quæ scilicet. ¶Magnũ. Illud est primũ quod ostenditur secundum quantitatem trium dimensionum, teste Constantino & Philareto. ¶Magnum. Sub magno audit paruum & mediocre, ecce primum genus. ¶Forte sub quo debile medium, ecce secundũ. ¶Forte Ponit tertium Philaretus, & Constantinus etiam considerat secundum

tenorem

tenorem uirtutis, ſub quo conſiderant debile me=
diocre. ¶Citatum, id eſt, uelox, ſub quo tardus &
mediocris. Tertium genus eſt citatum, & attendi=
tur tempore & qualitate motionis. Philarctus po=
nit quantitatem motionis: ſimiliter & Conſtanti=
nus tempus. ¶Subſtantia membri, id eſt, conſtan=
tia uel conſiſtentia organi & figura ſiue qualitas
ſubſtantiæ, circa quam uerſatur ſecunda conſidera-
tio. ¶Parit, id eſt, ex ſe concludit uel producit.
¶Molle, id eſt, ſub quo durum mediocre contine=
tur. Iſtud eſt quartum genus ſecundum Conſtanti=
num, ſed Philaretus ponit octauum. ¶Plenum. Per
quod uacuum intellige, quod eſt quintum. Calidum
frigidum mediocre, ecce ſextum. Calidum ad orga=
num pertinet, quia ad quantitatem ſubſtantiæ or=
gani, teſte Philareto & Conſtantino in pantegni.
Calidum aſſerit pulſum fieri ex qualitate arteriæ.
Philaretus calidum ponit nonum conturbator no=
minis & ſententiarum, & Conſtantinus ſextum.
¶Ex quibus, id eſt, tribus poſtremis. ¶Et primis.
Elicitis à prima conſideratione. ¶Surgit, id eſt,
completur. ¶Series ſenaria, id eſt, ſex genera.
¶Spiſſum. Hic aſſignat originem ſeptimi generis,
quod eſt frequens & rarũ. ¶Mora, id eſt, ſecundũ
moram & ſpacium, quod eſt inter duas dilatatiões
attenditur ſpiſſus uel frequens, hoc eſt quod dicit

Constantinus fieri ex tempore quieti. Philaretus ex quantitate quietis. Istud à Philareto dicitur sextum, sed à Constantino septimum, unde autem fiant hæc genera pulsuum, ex quibus causis contrahantur, & quid habeāt significare in sequētibus cū ipso actore dicemus. ¶ Qui pede dactilico. Ponit originē octaui qui est incidens & decidens, quod à Philareto nonū dicitur, à Constantino octauum assignatur. Hoc genus attenditur secundum collationem & proportionem morarum ad moras apertarum, ad occultas fortium, ad debiles. Aperta mora dicitur ipsius pulsus. Occulta mora ipsius quietis inter duos pulsus existentis. Fit itaq; incidens & decidens secundū proportionem temporis ad tempus, si mora præcedentis pulsus sit minor q̄ subsequentis pulsus, dicitur decidens. Si mora sequentis sit maior q̄ mora præcedentis dicitur incidens, quod secundū rationē aßignatam intelligendū est. Pulsus decidens ab autore comparatur pedi dactilico, quia sicut dactilus à longa & aperta integra syllaba incipiens, declinat in breues, sic pulsus decidens ab apertis moris tendit in occultas. ¶ Passim, id est, sursum & deorsum deprimitur. ¶ Ab alto, id est, apertis differentijs moris. ¶ Et pede dactili, id est, more dactilico. ¶ Et qui deficiens, Assignatio est incidentis. ¶ Surgit prius deficiens. ¶ Viresque resumit, id est, de occultis differentijs in apertis quousq; in nullo deficiat, & est

& est iudicium naturæ resurgentis, & uires resumentis. ¶ Notatur, id est, attenditur, quantum ad originem. ¶ Ex collatiua thesium, id est proportione morarum, quæ sunt moræ dilatationum & thesim. Illæ enim moræ attenduntur & perpenduntur secundum diastolem & sistolem. ¶ Tanquàm præcipuis. Aßignatis octo generibus, quæ sunt prima & principalia, assignat originem duorum extremorum, scilicet, noni & decimi, quæ sunt accidentalia, & principalibus adiuncta. ¶ Adiuncta. Nonum est æquale, & inæquale decimum, ordinatum & inordinatum. Philaretus æquale septimum, tamen ordinatum octauum ponit. ¶ Discors uel consonus, id est, æquale uel inæquale. ¶ Vnus ordo, quantũ ad ordinatum. ¶ Vel aduersus, id est, inordinatus: uerum quia secundum rationem numerorum & computationum ordinatio uel inordinatio cõsideratur. Non enim duo debiles pulsus uel tres uel quatuor, nec unus inordinatus modo interferuntur duobus magnis & fortibus, & multis alijs differentibus modis, secundum numerorum diuersitatem interponuntur diuersi pulsus pluribus aliorum generum, ideoq; secundum numeri rationem diximus ordinatum & inordinatũ numeri attendendũ. Quid autẽ sit æqualis pulsus, quid inæqualis, quid ordinatus, quid inordinatus, utrũ ordinatus sit æqualis uel nõ, utrũ omnis inordinatus sit inæqualis, & quot sunt

 species

ſpecies inæqualis inordinati, inferius patebit, ubi po nentur diffinitiones & ſignificationes ſingulorum generum.

¶De deſcriptione pulſus magni & parui.

Augmentata facit magnum dimenſio trina.
Paruũ ſi parua, mediũ mediocriter aucta,
In longum latũ magnus conſurgit & altũ,
Paruus in occultũ ſtrictũ cadit atq; reciſum,
Qui mediũ ſequit̃ merito mediocris habet̃.

¶Aſſignatis generibus pulſuum & originibus eorum, ut de generibus pulſuum euidentior conſtituatur doctrina, uniuſcuiuſque generis ſuam ponit diffinitionem. Et primo diffinit magnum pulſum. Eſt itaque magnus pulſus, qui ſecundum quantitatem trium dimenſionum attenditur, longitudine, latitudine & profunditate. Modum tranſcendens dicitur magnus. Ad hoc igitur ut ſit magnus pulſus oportet q; ſit longus, latus & profundus. Paruus per contrarium intelligitur, qui non ſit longus, latus nec profundus. Litera patet. ¶Paruum ſi parua. Id eſt, trina dimenſio diminuta facit paruum, & patitur detrimentum quantitatis in longitudinem, ſecundum certitudinem, in latitudine, ſecundum ſtricturam, in profunditate, per reſidentiam; id eſt, ſecundum ſui incertam reuolutionem. ¶Medium. Id eſt, mediocrem pulſum, facit trina dimenſio. ¶Aucta mediocriter. Id eſt, ſeruans mediocritatem, ut

tatem, ut ſi non excedat in aliqua dimenſione.

¶De longo pulſu.

Long9 uentriculos digitorũ quatuor exit,
Subſiſtit mutil9 mediuſq; fit omnib9 ęqu9,
In latum digitos latus tenet eminet altus.
Occurrit gracilis ſtrictus reſidetq; ꝓfund9.

¶Magnũ pulſum diffiniuerat per exceſſum trinæ dimenſionis, ſcilicet, longitudine, latitudine & profunditate, ideo, ut pateat euidẽtius qd ſit magnus diffinit, quid ſit lõgus, latus & profundus, quibus cognitis cum ex eis componatur magnus, perſecte innoteſcit. Quid ſit magnus ex proprietatibus enim partiũ inueſtigatis totius declarabitur natura. Longus pulſus eſt ille qui ¶Exit. Id eſt, excedit. ¶Ventriculos. Id eſt, apices & ſummitates. ¶Digitorum quatuor. Supra lõgitudinem arteriæ porrectorum. Cum enim ſentiatur in uentriculis, quatuor digitorum poſſet ſentiri in quinq; uel ſex, ſi eßent poſiti. Poſita diffinitione longi, ponit diffinitionem curti eius contrarij. ¶Subſiſtit. Id eſt, non exceditur à uentriculis quatuor digitorum. Cum enim ſentitur in primo, in ſecundo, in tertio, in quarto nõ ſentitur. ¶Mutilus. Id eſt, curtus eſt, quoniam mutilatur ſecundũ longitudinẽ. ¶Medius. Id eſt, mediocris inter extremitates fit. ¶Omnibus. Id eſt digitis. ¶Aequus. Inquantũ nõ excedit nec exceditur. ¶In latũ. Diffinit latũ qui & cũ lõgo cito currit ad

faciendum magnum pulſum. ¶ Latus tenet digitos. Qui exit uentriculos digitorum ſecundum latitudinem. ¶ Altus. Pulſus qui ſecũdum altitudinem conſideratur, quãdo, ſcilicet multũ eleuatur arteria & à centro recedit ex uehementi impulſu ſpiritus. ¶ Eminet, Id eſt, eleuatus eſt eminens & apertus. ¶ Occurrit. Id eſt, non moratur in latitudine, qui non tantum occupat & pertingit latitudinem digitorum, ſed exceditur, quaſi in modum gracilis funiculi occurrit. ¶ Profundus, id eſt, occultus, qui contrarius eſt alto. ¶ Reſidet. Id eſt, uicinatur centro intellecta mediocritate inter extreminates, qui, ſcilicet non excedit in latitudine nec exceditur. Et nota q multis modis poßunt narrari hæ differentiæ, ut longus cum ſtricto, longus cum mediocri. Item latus & ſtrictus cõponũtur. Item latus cũ aperto & cũ occulto aut mediocri inter duo. Sed nullus curtus ſtrictus uel occultus magnus eſt:

¶ De forti & debili pulſu.

Conſtituit ualidũ ſociata frequẽtia magno.
Surgit ab oppoſitis ſpecies cõtraria cauſis.

¶ Egit de primo genere pulſuum, quod eſt magnus, paruus, mediocris ſecundũ diuerſitatẽ ſuarum compoſitionũ. Conſequẽter agit de ſecũdo, id eſt, de forti debili & mediocri, q habet pertinere ad quãtitatẽ motiõis arteriæ. Cũ aũt ſit tertiũ ſecundũ Philaretũ & Con=

& Constantinũ: tamẽ à nobis secũdum ordinatur, quia talem ordinẽ ei appropriauit arctatio matrice rationis. Fortis itaq; cõponitur ex duobus magno et frequẽti, id est, ueloci. Dicit nanq; Philaretus quod frequẽtia accipiens magnitudinẽ ualidum facit, sed pro frequẽtia intelligitur uelocitas, si enim frequentia intelligatur, cũ fiat ex debilitate uirtutis & fortitudine caloris expetentis magnitudinem refrigerationis uirtus debilis quæ nõ sufficit aërem attrahere semel qui poßit refrigerare oportet quod defectũ quantitatis suppleat uiciβitudo & repetitio numerosæ actionis, ideo frequentia non poterit tolerare fortis pulsus propter cõtrarietatẽ causarũ. Est itaq; fortis pulsus cõpositus ex magno & ueloci, magno quia multum eleuat arteriam, & à centro recedere cogit & in longitudinẽ diffunditur secũdum latum digitos attingit ex ueloci, quia inchoata percuβione cito suum motum complet & cõsequitur, & hoc est quod in litera tangitur. ℂ Species contraria. Id est, pulsus debilis. ℂ Surgit. Id est, procedit. ℂ Ab oppositis causis. Id est, calori debili & imbecilli uirtute & debilitate spirituum.

ℂ De ueloci pulsu & tardo.

Arsis lenta parit tardum festina citatum.
Si pulsent digitos austero dura rigore.
Organa disponunt durũ si lassa remissum.

ℂ Ponit notitiam secundi generis, id est, uelocis

mediocris, qđ à nobis tamẽ tertio loco aßignatur. Et pertinet hoc genus ad quantitatẽ motionis arte-riæ, & attenditur ex tpe uel quantitate motionis. Eſt itaq; uelox pulſus ſecundũ Conſtantinũ, qui in modico tempore ſpaciũ pertranſijt, quãdo ſcilicet in choata percußio cito cõpletur. Et eſt tardus qui mo dicũ ſpaciũ pertranſijt in multo tempore, quãdo ſci licet motio inchoata longo tempore pficitur. Medio cris inter extrema medius cõſideratur. ¶ Arſis. Id eſt, dilatatio. ¶ Lenta. Quæ multũ tẽpus cõſumit in ſua cõſtrictione. ¶ Si pulſent. Tribus generibus pul ſuum quæ à prima cnoſideratione naſcuntur pro-prijs diffinitionibus declaratis, ponit notitias & diffinitiones aliorũ. Primo ait de illis quæ à ſecun da cõſideratione naſcuntur & ſumuntur, & perti nẽt ad cõſiſtentiã organi, quæ ſunt durũ, molle, me diocre, plenũ, uacuũ mediocre, calidũ, frigidũ, me-diocre. Eſt itaq; durus pulſus qui dũ digitis tãgitur, occurrit arteria dura, et rigida et quaſi funiculi ten ſi ſentiuntur. Mollis quãdo mollis ſentitur arteria. Et uidetur durus eſſe fortis, ſed non eſt ita. Fortis enim ſecũdum Conſtantinũ uaſcula dilatat, ut quaſi inanita reddantur. Durus eſt & aſper, quia uirtuti nõ obtẽperat mẽbri durities, ut dilatari queat. ¶ Si organa. Id eſt, arteriæ. ¶ Pulſent, ſcilicet digitos & uẽtriculos digitorũ. ¶ Auſtero dura, Id eſt cum du-ritia & rigiditate diſtẽdendi. ¶ Si lapſa. Id eſt quo

dammodo

dāmodo lißitate & suauitate sentitur. Sic enim glo sat Constātinus, ut uideātur digiti ab eis penetrari.

De pulsu pleno & uacuo.

Si cedat, uacuum si constat turgida plenū.
Pulsum disponit calidum calor arterialis.
Frigidus occurrit subiecti frigore membri.

¶ Notificat per descriptionē quid sit quintū genus, scilicet plenū uacuum. Est ergo plenus qui turgidus quodā humore redundante uidetur. Vacuus qui apparet quasi inflatus, sed statim cum tangitur tanquam uacuus à digitis sentitur. Et pertinet hoc quintum genus ad figuram & habitudinē organi, in uacuitate & plenitudine. ¶ Pulsum disponit. Aßignat notitiam sexti generis, quod est calidū, frigidum, mediocre, quod cum cōditionibus præcedentibus ad consistentiam arteriæ pertinet. Est enim arteria huius consistentiæ quod sentitur calida aut frigida, licet enim calor arteriæ cōtrahatur ex spiritu feruido & sanguine intra contento, tamen qualitas inde proueniens, est ipsius arteriæ dispositio. ¶ Calor arterialis, id est, pulsus calidus cum digitorum extremitates, arteriam calidā sentiunt. Frigidus uero contrario modo.

De medijs pulsibus.

Cū reliquę species aliquo mediāte ligentur.
Iungitur in ualido fortis discrimine nullo.
Aequus inęquali, causam cōpaginis huius.
Soluāt qui dirimūt latebrosa ęnigmata rerū

¶ Quoniam

¶ Quoniam aßignatione prædictorum generum autor aliquando aßignauit media extremorũ, quandoq; inter aliqua extrema nullum medium posuit, ideo in hoc capitulo ostendit hoc esse declarandum inuestigandum & relinquendum examini & discussiõi phisicorũ, quorũ ænigmaticas est soluere rationes, & tales ambiguitates soluere & enodare. Qđ autẽ ab autore prætermissum est, nos qui sumus eius interpretes & eius uicarij supplemus defectum. Dico ergo qđ omnia illa extrema quæ adiuncta sunt distemperatis, sicut magnum, paruum, curtum, longum, latum, strictum, apertum, uelox, tardum, frequens, rarum cõuenientiam habent: de una nanque differentia ad aliam contrariam per medium temperamentũ fit transitus magnus enim mediocre excedens in trina dimensione supra modum diminutus monstrat distemperantiam, quia defectum caloris & imbecillitatem spiritus, ecce isti pulsus notant distemperãtias contrarias, unus excessum alius defectum. Inter excessum & defectum mediũ est quod per ambiguitatem uel abnegationẽ describitur extremorũ quod scilicet nec est in excessu, nec in defectu illud temperamẽtum est & ita mediũ inter magnum & paruum, similiter inter curtum & longũ & inter alia extrema quæcunq; applicantur distemperantijs secus est de forti & debili. Nam si inter forte & debile est mediocre, cum omne mediũ est temperatum,

peratum, & omne temperatum ſanitati additũ eſt, ergo illud mediocre ſanum. Sed interim forte ſanũ eſt, & quanto fortius tãto ſanius, & fortitudine nõ fit exceſſus; nec in uirtute nec in bonitate mẽtis, fit exceſſus mentis. Et habetur hinc quod unum extremorum excedit ſuum medium in temperantia & ſanitate. Sed omne mediocre temperatum inter duo extrema. Si uerum eſt medium uterq; extremorũ magis temperatum & ſanum eſt. Item ſi mediocre eſt inter forte & debile, illud genus nec forte nec debile. ſed extra tẽperamẽtũ. Itẽ pulſus nunq̃ eſt fortis niſi ex tenore uirtutis, et in debilẽ trãſit nullo medio à magis forti, uel per multos medios minus fortes uſq; ad ultimã remiſsionẽ fortitudinis trãſit in debilẽ Et ille minus fortis quo mediante trãſit magis fortis in debilem, fortis genere nõ eſt mediũ inter fortẽ & debilem, quia ſic non eſſet fortis nec debilis: fortis enim quoddã genus eſt ſecũdum ſuam latitudinem. Sicut ergo inter uirtutem & uitium, nullum eſt medium. Sic inter fortem & debilem non eſt medium. Item æquale & inæquale non habẽt medium. Nam ſi ſic illud nõ eſſet æquale nec inæquale, ſed q̃cquid æquale eſt uni, inæquale eſt alteri. Ab æquali enim fit tranſitus ad inæquale nullo mediante, & econuerſo. Item eſſe æquale eſt ſanum eſſe & temperatum ſecundum naturam niſi ſit in malo, ſicut æqualitas in ptiſico pulſu. Omne autem inæquale eſt di-

ſtemperatum

ſtemperatum ſecundum naturam ex morbo con=
tingens. Similiter ordinatum & inordinatum non
habent medium. Item pulſus ſimiliter incidens &
decidens, nõ habent medium, quoniam incidens fit
ex contemperantia & confortatione uirtutis, deci=
dens ex contrarijs. Inter temperatũ et intempera=
tum, inter confortationes & defectum nullum eſt
medium: unde ſi ſic non eſſet temperamentum nec
intemperamẽtum, nec forte nec debile, quod eſt in=
conueniens. ¶ Reliquæ ſpecies. Pulſus aſsigna=
torum generum, ſicut magnum, paruũ, uelox, tar=
dum, frequẽs, rarum. ¶ Legẽtur uel leguntur, ideo
aſsignantur ſecundũ copulam alicuius medij. ¶ For
tis. Pulſus, quia fit ex temperamento & tenore uir
tutis. ¶ Iungitur. Id eſt, copulatus. ¶ In ualido.
Qui fit ex debilitate uirtutis. ¶ Nullo diſcrimine.
Sine interpollatiõe medij, ſimiliter, ¶ Equus, id eſt,
æqualis pulſus iungitur ſine medio. ¶ Cauſam com
paginis hic ſoluant. Cum debet cauſam aſsignare de
priuatiõe medij, mittit nos ad diſcutionẽ philoſopho
rum, quorũ eſt talia rimari. ¶ Compaginis, id eſt,
colligationis extremorum. ¶ Soluant. Philoſophi.
¶ Qui dirimũt, id eſt, ſoluunt. ¶ Enigmata, id eſt,
quæiſtones obſcuras & tenebroſas.

De pulſu frequenti & raro,

Si raptu ſubito morulę diſcrimine paruo,
Arſim multiplicet ſeries numeroſa frequẽtẽ
Conſtituit pulſum ſpecies contraria rarum

¶ Huc

¶Huc usq; posuit doctrinam de sex generibus pulsuũ, quorum tria pertinent ad proprietatem motionis, scilicet unum ad quantitatẽ, scilicet magnũ paruum, mediũ. Duo ad qualitatẽ. scilicet uelox, tardus, mediocris, forte, debile, mediocre. Alia tria pertinẽt ad consistentiã organi uel figurã scilicet durum, molle, mediocre, plenũ, uacuum, mediocre, calidum, frigidũ mediocre. Nunc deffinit septimũ genus ex tempore quietis: & attenditur inter duas diastoles quod est frequens & rarũ. ¶ Si subito series numerosa, id est, crebra & numerosa repetitio dilatationum. ¶Multiplicet. Continue: replicando iteret. ¶Arsim, id est, diastolẽ. ¶Paruo discrimine, id est modica mora quietis interpollata, inter unã diastolem & aliam. ¶Subito raptu, id est, motione raptim iterata. ¶ Contraria species, id est, contraria dispositio, facit rarum pulsum.

De incidenti & decidenti pulsu.

Decidiuus modulis ex fortib9 & manifestis
Sẽsum degenerãs tacito pede tendit ad ima
Vergit in occultũ satagens euadere sensum
Inciduus surgit respirans tendit in altum
Deserit occultum sibi conciliant manifestũ.

¶Ponit notitiã octaui generis, id est, incidentis & decidẽtis, quod attẽditur secundũ colationẽ morarũ ad moras, occultarũ ad apertas, fortiũ ad debiles. Aperta mora est, quãdo pulsus sensui occcurrit,

id est,

id est, quãdo arteria dilatatur, ita quod eius motio aperte sentitur. Occulta quando dilatatio est ita in occulta & uicina centro, quod uel sensum effugit, uel parũ immutat. Secundum ergo collationem morarum ad moras incidentia uel decidentia notatur, quod expresse docuimus superius in distinctione generum decima, quod iterare non oportet. Si obijciatur de cauda soricina finitiua, ꝙ est pulsus decidens nã pulsus decidẽs patet largius, põt enim decidens pulsus inueniri, ubi nõ est cauda soricina finitiua, ut si post decẽ fortes fiat una debilis, et facta cõputatione de illa post octo fortes sequitur una debilis, postea desinet circa septimam, postea in quarta, postea in secũda, postea in toto deficiat. Reuera soricinus quidem continet caudam finitiuam. Sed ille decidẽs de quo hic agitur habet plures moras, et interpollat plures debiles paulatim quousq; nullæ aperte concurrant. Sed cauda finitiua tanꝙ ab occultis resurgit in fortes apertas, sed ab occultis continue tendit in altiores. ¶ Modulis, id ẽ, motibus aptis. ¶ Sensu degenerans, id est paulatim declinans. ¶ Inciduus, id est incidens per maiorationem sui in notitiam sensus cadens. ¶ Surgit respirans, id est, in naturã insurgere uel resurgere, et respiramina & uires significat resumere.

¶ De æquali & inæquali pulsu.

Firmus & oppositi fugiẽs cõmercia motus.

Permanet

Permanet ęqualis seruato iure tenoris.

¶ Postq̃ executus est de octo generibus principalibus, agit de nono et decimo, quæ sunt annexa & adiuncta principalibus, scilicet, de æquali & inæquali, ordinato & inordinato. Aequalis est, cuius pcussio est æqualis et uniformis tenoris in digitorũ extremitatibus, ut si magnus, uelox, fortis, frequens, mollis, plenus, & eis mediocris, nulla in qualitate uel quantitate uel tempore motionis uel numero motionis diuersitatem recipiens, æqualis diuiditur. Nam quidam est absolute æqualis, qui qualitatem seruat in omnibus dictis differentijs, de quo dictum est iam. Alius est æqualis secundum quid, ut sit æqualis magnitudinis, sed modo uelox, modo tardus sentitur. Item qui æqualis est in paruitate uel debilitate, huiusmodi pulsus est æqualis in hoc, sed non est æqualis absolute. Inæqualis est quicunq; recipit oppositam differentiam. Inæqualis autem alius absolute, ut qui est inæqualis in omnibus generibus, alius in uno genere, & non in alio, & secundum illud quæ æqualis dicitur. ¶ Fugiens, id est, nullam societatem recipiens cum opposita differentia. Et talis est absolute æqualis, si in bonis perseueret differentijs. Sed potest esse æqualis in malis percußionibus, ut in paruitate & debilitate, Et talis non est aqualis simpliciter, uel absolute, sed æqualis in hoc, uel secundum quid uel æqualis in malo, & propter tales qua

R litates ex=

litates excludendas apponitur. ¶ Firmus. Qui enim manet in paruitate uniformis non ex firmitate naturæ est, sed ex debilitate potius, quicunq; ergo firmus est ex naturæ firmitate & uirtutis prouenients, & seruans uniformem tenore in omnibus generibus est æqualis simpliciter.

¶ De inæquali pulsu.

Degener instabilis nec eodē tramite currēs.
Mutat inęqualis dubijs moderatus habenis.

¶ Notificat inæquale. ¶ Degener, id est, ab æqualitate degenerans, per administrationem, id est, per assumptionem contrariæ differentiæ. ¶ Instabilis, quia nō seruat statum unius tenoris. ¶ Nec eodem tramite currens, quia transit per uias diuersas oppositorum generū. ¶ Mutat, scilicet modo retardans, modo festinans procedit, situatur de magno in paruum, de forti in debilem. ¶ Moderatus, id est, agitatus. ¶ Dubijs habenis. Metaphora est sumpta ab aliquo, qui non bene nouit regere & frenare equum.

¶ De ordinato & inordinato pulsu.

Distinctis gradib9 mutatur in ordine recto.
Transit in oppositum qui nomen ab ordine sumit.

¶ Ponit notitiam decimi generis, quod est ordinatum & inordinatum. Et nota q; omnis æqualis est

ordinatus, ubi enim eſt æqualitas, ibi eſt ordo, ſed nõ conuertitur. Nam ordinatorum aliud æquale, aliud inæquale, non omnis inæqualis inordinatus eſt. Nã inæqualium alius ordinatus, alius inordinatus, omnis inordinatus eſt inæqualis, inæqualis ordinatus eſt qui recipit differentiam oppoſitam diuerſi generis oppoſiti. Ordinatus tamen qui quaſi gradatim & ſecundum proportionem uniformis gradus eſt, quando, ſcilicet habitudo ſequentium percuſſionum in ſua inæqualitate conformatur habitudini præcedentium, ut ſi ſint octo pulſus continue fortes & nonus debilis, iterum octo fortes & nonus debilis, & ſi longo tempore procedat habitudo pulſuum, licet multis alijs modis uariandum, tamen habitudines mutationum reſpondeant ſibi, poteſt etiam dici inæqualis ordinatus pulſus, tamen eſt cauda ſoricina finitiua prima percußio magna eſt & fortis, ſecunda minor prima, & ſic graduali tramite & proportionabiliter tendit paulatim in defectione quouſq; non ſentiatur. Similiter cauda retoruatiua à defectione regradienti proportionabiliter in magnitudine ordinatio conſiderari poteſt. Iſtas tamen ſpecies ponimus ſub æqualiter ordinato. Et licet fiant quandoque ſecundum conſiderationem ordinis, & habitudinem raro, tamen nec in ea pertinent, ſed frequentius fiunt per confuſionem, & extra ordinatum tumultum inordinationis inæqualis.

Inordinatus in omnibus generibus prædictis inueni tur, ut si duo magni, unus paruus, alter medius: aut duo parui, unus medius, alter paruus, unus medius. alter magnus, cui succedit paruus. ¶ *Distinctis secundum ordines & proportiones gradus.* ¶ *Qui nomen, id est, ordinatus.*

¶ *De inæquali & inordinato & priuato pulsu.*

Qui priuatiue censetur ab ordine leges.
Ordine pręcedit preceps est & sine lege.
Spargitur extremum genus in numero spe
  cierum,
Quę sibi mēdicāt, peregrina uocabula rerū.
Quas collatiua ratio sibi fęderis unit.

¶ *Determinatur de ordine secundum priuationem. Inæquale inordinatum diuidit in species suas, & eas mox enumerat, de quibus in sequentibus dicetur, quando ipsarum instabit tractatus, has designans species à nominibus animalium uel instrumentorum uel aliarum rerum, cum quibus habent similitudinem. Dicitur autem caprizans à capra, & formicans à formica, & sic de alijs. Rationes appellationum dicentur infra.* ¶ *Extremum genus. Id est, inordinatum, inæquale.* ¶ *Spargitur, Id est, sparsim & uarie distribuitur.* ¶ *In numero specierum. Id est, multas species, quæ sub certo numero clauduntur.* ¶ *Quæ scilicet species.* ¶ *Mendicant. Id est, propter mendicitatem & penuriam uocabulorum*

sibi men

ſibi mendicant. Nam lingua latina eſt in uerbis ægena. ¶ Peregrina. Animalium uel inſtrumentorum, & aliarum rerum non omnium, ſed ſimilium ſibi, & huiuſmodi. ¶ Quas. Id eſt res. ¶ Vnit. Id eſt aſſimilat ſibi & conformat. ¶ Ratio. Id eſt proportio. ¶ Collatiua fœderis. Id eſt, collatiua ſimilitudinis.

¶ *De ſpeciebus pulſus inordinati inæqualis.*

Spaſmos ptiſicus fornicans uermicoloſus.
Ramoſus fluitās martellinus atq; caprinus.
Serrinus rectus ſoricinus ſiue retortus.

¶ *Quæ ſunt cauſæ uariationis pulſus.*

Forma craſſis ſex⁹ ętas grauidatio ſomn⁹.
Et locus & tempus labor eſca repletio pot⁹.
Cauſa genus morbi coitus turbatio mētis.
Corporeiq; ſitus uariant idiomata pulſus.

¶ Hic enumerantur ſpecies inordinati inæqualis, quorum rationes inferius patebunt. ¶ Forma. Diſtinctis generibus pulſuum, & diſtinctis eorum proprietatibus. Conſequenter breuiter hic agit de cauſis mutationum pulſus eas enumerando, immutantur itaq; pulſus tripliciter, ſcilicet à rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam. Sub naturalibus comprehendit tam res conſiſtentes & regentes, ſicut complexiones & uirtutes, quàm coadſiſtentes inſeparabiliter cohærentes, uelut figura ra corporis diſtantia maris & feminæ, ætas, & ſimilia.

milia. ¶ Forma. Id eſt, habitudo corporis, quæ diuiditur in tenuitatem, craſſiciem & mediocritatem. ¶ Variant pulſus. In macilentis maiores ſunt pulſus & fortiores q̃ incraßis & multũ repletis. Craſſi enim ex nimia oppreßione carnis pulſum habent minorem & magis debilem, quia calor & ſpiritus in eis lenteſcunt & pigritantur ex nimia carnoſitate. Sed inæqualis eſt pulſus ſpißior propter debilitatem uirtutis. In macilentis ſunt pulſus aperti, quia arteria expoſita eſt uel expoliata & quaſi nuda. In craſſis occulta, quia profunda eſt arteria & carni inuiſcata: unde Philaretus. In gracilibus multum ſubiacet tactui pulſus, id eſt, aperte ſentitur iudicio tactus, quod eſt propter expoſitionem organi. Quidã tamen male exponunt hic ſubiacentiam pulſus, ut dicant pulſum tactui ſubiacere, quãdo eſt debilis, quæ expoſitio contraria eſt Conſtantino. Eſt autem perquirendum, utrum macies ſit naturalis an non, & ita de craſſicie. ¶ Craſſis, id eſt, complexio contracta à generatiõe uariat pulſus. Nam calida cõplexio facit pulſum fortem & uelocem cauſa attrahendi multum aerem ad refrigerationẽ, ſed frigida paruum facit & tardum cauſa neceſſitatis paruæ refrigerationis. Humida pulſum facit mollem, ſicca durum. Et ꝙ ex ea cõplexiõe fiat pulſus uelox, probat Philaretus, inquit enim ꝙ omne calidũ uelociter mobile, & omne frigidum tarde mobile, quod de ſolis

animali

animalibus poteſt intelligi. Eſt autem quoddam de natura calidum, ut piper auripigmentum, quod nõ eſt mobile. In calido ſiquidem corde calidus ſanguis ex calore ebulliens cito reſoluitur in fumum, unde cito motus completur cordis & arteriarum, unde fiunt ucelociores. ¶Sextus. Id eſt, differẽtia inter maſculum & feminam mutat pulſum, ut enim ait Conſtantinus in pantegni. Pulſus maior eſt in maſculo & fortior q̃ in femina, & ponit cauſam. Maſculus enim calidioris eſt naturæ & fortioris & maioris exercitij. Et feminæ pulſus minor & debilior & frequentior. Paruitas & debilitas fiunt, quia mulieres ſunt debiliores maſculis in uirtute, & minoris caliditatis & exercitij, ad comparationem maſculi frequentior eſt pulſus in femina ex debilitate uirtutis, ut natura ſæpe impellat iterãdo in femina, quod per magnum pulſum operatur in maſculo, & ut tantum, ſcilicet aeris pro uicibus repetitis attrahatur ad refrigerandum, inquantum unus magnus uice una ættraheret in manibus. Nam quanto eſt maior calor, ſi uirtus eſt fortis, tanto maior uelocitas neceſſaria eſt naturæ. ut multa aeris quantitas in paruo tempore attrahatur ad refrigerationẽ. Cũ autem deficit uirtus, oportet ut attrahatur ſpiſſus: unde fit ut feminis ſit ſpiſſior quàm maſculis, licet ex ſuperficie literæ in pantegni poſſit probari, quod

pulſus fœminæ ſit uelocior, non tamen eſt uerum. Nam uelocitas fit ex fortitudine uirtutis & uehementia caloris, ſed ibi per uelocitatem frequentiam intelligimus, ut cum dicit Philaretus, quòd frequentia magnitudinem accipiens, facit ualidum. Nota q̄, ſi cætera particularia ſexui concordant, ut frigida complexio, craſſicies, quies ſenectus, pulſus debilior eſt. Si particularia concurrant, contraria erit maior & fortior. Sic etiam de maſculo intellige, unde oportet medicum, quando ad ægrotum accedit, facere collationem de partibus, & omnia accidentia diſcernere, ut non fallatur in pulſibus iudicandis.

¶ Aetas. Mutat pulſum, quia pueri uelociorem habent pulſum propter calidum refrigerandum, quia multus eſt in eis temperate, tamen magnitudinis & fortitudinis habent frequentia, quia uirtus nondum completa, in complexione roboris cōfirmata ad extrahendum ſemel, multum aerem non ſufficit ad calorem naturalem refrigerandum. Iuuenes enim habent pulſum fortē & magnū in uelocitate temperatum, quod fit ex caliditate, ipſorūq; uirtute. Senes paruum & debilem & rarum, propter frigidā eorū naturā, quantū ad ætatē: unde nō eſt neceſſe multū aerem trahi propter refrigerationem. Aliæ ætates his affines habent pulſus uicinantes iuxta qualitates uel caliditates illarum ætatum, quibus affiniores uidebuntur, quia cum in pueris uelox ſit pulſus

& ſpiſſus

& ſpiſſus temperatus in magnitudine & paruita-
te. Pulſus in decrepitis minimus & tardiſſimus, ra
riſſimus & defectiſſimus. In iuuenibus perfectæ iu=
uẽtutis maximus & fortiſſimus in uelocitate & tar
ditate temperatus. Videndum eſt quòd puerorũ pul
ſus maxime augmentatur in uelocitate, & tardita=
te minuitur. Et maioratur quouſq; ad perfectã ma
gnitudinem deueniatur, ubi pulſus maximus, &
fortiſſimus in uelocitate & tarditate tẽperatus, quo
ad media ætas pertingatur. Cum ergo ſenectus ſu=
beat, paulatim ſuccedunt prædictis cõtraria, donec
ætas periungatur decrepita, in qua pulſus paruus
fit rarus & tardus, ¶ Grauidatio Id eſt, impregna
tio mulierum mutat pulſum. Sed diſtinguendum eſt.
Nam impregnatio aut in medio eſt, aut in princi=
pio, aut in complemento. In principio pregnans ha-
bet fortem & magnum pulſum & uelocem, quia ca
lor fetus auget calorem naturalem. Arteriæ enim
ſecundinæ & arteriæ fetus ſunt coniunctæ, & uter-
que arteriæ mulieris ſunt complicatæ. Probatur ex
hoc nouitate retentionis menſtruorũ augmẽtato ca-
lore, fiunt pulſus magni & ueloces. Fortes autem
fiunt, quia uirtus propter eius modicam quantita=
tem nondum patitur aliquam oppreſſionem, ſed in
potentia perſeuerat: unde fiũt pulſus magni & for
tes uſq; ad quatuor menſes uel principium quarti,
ſed à quarto ulterius ſecundũ magis & minus pul=

 ſus fiunt

ſus fiunt parui debiles & ſpiſi. Parui & debiles eo quod uirtus grauatur maiora fetus quantitate, & uirtus operatiua circa finem deficit, duabus de cauſis, quia propter defectum ſanguinis & ſpirituum, quia ſanguis ad nutrimentum fetus eſt neceſſarius, quia quanto plus expenditur in nutrimento fetus tanto plus membra pregnantis ex defectu nutrimenti & ſubtractione magis debilitantnr. Et deficit ex dilatatione matricis maiorem locum occupantis, unde comprimitur cor, & ita uirtus operatiua grauatur quæ pulſum operatur. Spiſi autem ſunt, ut ait Philaretus, propter inductam neceſitatem attrahendi aëris propter ſe & propter fetum. Vnde inſtat triplex neceſitas refrigerationis, tum ex fetu, tum ex matrice, tum ex retento ſanguine, & cum uirtus ſit defecta oportet, ut multotiẽs attrahatur cum ſemel attrahi non poſit ſufficienter, ut expoſcit neceſitas refrigerationis, ideo fiunt ſpiſi. ¶ Somnus. Pulſum mutat, ſed differenter: nam in principio ſomni calore naturali incipiente intus reuocari nondum exercente digeſtionem paruus pulſus eſt debilis & tardus ex præcedente deſiccatione uigiliarũ. Sed calido iam intus confortato, & cibo iam digeſto & diuiſo per membra multiplicato ſanguine, augmentatis medullis, reparatis ſpiritibus fiunt in fine ſomni, & circa medium pulſus magni, fortes in uelocitate, & tarditate mediocres poſt digeſtionem

cibi. Si

cibi. Si somnus prolongetur, ut superfluitatis cibi expulsio prolongetur uel differatur, pulsus erit paruus, debilis, rarus, tardus: unde oportet quod postquam erit cibus digestus dormiens à somno excitetur ad expellendas eius superfluitates, scilicet ægestiones urinam sputa per propria emunctoria. Si quis autem excitetur à somno subito ut per uocem siue quamlibet percußionem siue uentum ab eo exeuntem, quia disturbatur natura: fit pulsus quandoque magnus & fortis, quandoq; uelox & spissus, non tremebundus inordinatus. Cum uero excitatus quiescit pulsus in priorem statum regreditur. Quidam seducti sunt à superficie uerborum Philareti dicentis, quod in somno non fiunt pulsus nisi parui & debiles, & tardi non distinguentes tempora somni. Dicit enim Philaretus, quòd in somno fiunt pulsus minores & leuiores, id est, debiliores naturali calore penetrante ad profundum. Et ipsi intelligunt quod in somno naturalis calor penetrans in profundo, in stomacho & in hepate fit diuersus, & ideo relinquens spiritualia quæ non sunt profunda, quia supra diaphragma posita, pulsus parui sunt in somno secundum istos nutritiua calefiunt, & spiritualia infrigidantur. Dispositio uero spiritualium disponit pulsum non nutritiuorũ, sed certum est quod in somno spiritualia calefiunt.

Videmus

Videmus enim quosdā dormientes qui non sunt con tenti aërem respirare tantum naribus, nisi os etiam apertum teneant, & uehementiores etiam faciunt exufflationes, quod non fit nisi in magnitudine caloris maiorem quantitatē aëris attrahentis pro maiori neceßitate refrigerationis. Est itaq; potius intelligēdum secundum priorem doctrinam, ut ipsius somni distinctio fiat. ¶ Locus, id est regio, immutat pulsum: unde habitātes in calida regiōe, ut in Ethiopia pulsum habent magnum uelocem, sicut æstiuum habitātes in frigida regione, sicut in Anglia pulsum habent aßimilantē hyemi, scilicet, rarum & tardū: habitantes temperata loca, ut morantes in recta linea, pulsum habent temperatum mediocrem uernali equiparātiæ similē. Regiones inter has positæ secundū eas, quibus sunt propinquiores in pulsu sunt habendæ. Et quod de regione dicitur, de ea re similiter intelligatur. Regio enim non habet immutari nisi gratia aëris, & de tēporibus similiter. ¶ Et tempus, Ver enim & autumnus quæ sunt respectu temporum temperata pulsus, faciūt temperatos, & mediocres. Alia duo scilicet hyems & æstas, faciūt pulsus excedentes: uel secundum paruitatem, uel secundum magnitudinnem ueloces & paruos. In uere propter temperamentum caloris sanguis multiplicatur & spiritus abundantius generantur & multiplicantur; unde pulsus magni & fortes in uelocita

te &

te & tarditate mediocres fiunt, ex retentione spiri-
tuũ, propter frigiditatẽ præcedentis hyemis, qui uir
tute roborata fiunt fortes. In autumno licet dicatur
temperamentum hoc non uidetur posse contingere,
cum in antumno corpora tanquã rarefacta per to-
tam æstatem & calore dissoluta, defatigatas habeãt
uirtutes: unde cum apertione pororũ iam calor &
spiritus exalauerunt pulsus magni & fortes non
possunt esse. Dicimus tamen quòd in autumno ad-
huc calor uiget, & spiritus circa cor, & ex frigidi-
tate autumni retinentur pori clausi: unde ex calidi-
tate uigente & spiritus retentione circa cor, pulsus
fiunt magni & fortes. In æstate ueloces & festinan
tes propter festinam resolutionem sanguinis in fu-
mum & spiritum, sunt ueloces propter multam ne-
ceßitatem attrahendi aëris, propter refrigerationẽ
sunt frequentes. In hyeme fiunt rari & tardi pro-
pter causas prædictis cõtrarias, scilicet propter con
strictionem cordis & propter refrigerationẽ aëris.
Ex constrictione fiunt pulsus parui, tardi & rari.
Nota tamen quòd licet nutritiua sint calidiora in
hyeme. Quoniã uentres hyeme & uere &c. Spi-
ritualia tamen frigidiora sunt, quoniam aër & spi-
ritus frigidus libere ad cor & pulmonem inspiratus
non penetrãs ad nutritiua, propter interpositũ dia
phragma solum spiritualia disponit, & secundũ ha-
bitudinem spiritualiũ pulsus habent disponi. Circa
nutritiua

nutritiua retinetur calor propter constrictionem po
rorum, unde poris cõstrictis fumosæ et uaporosæ su
perfluitates cum non poßint exhalare, retinentur
in corpore, & ideo calidiora sunt. In æstate pro=
pter causas contrarias fiunt dispositiones contra=
riæ, spiritualium & nutritiuorum & pulmonis.
¶ Labor. Id est, exercitium corporis, mutat pulsum
ex temperato exercitio, quoniam nociua corporis
superfluitas dissoluitur & membra cõfortantur, &
naturalis calor augmentatur, fiunt pulsus magni
ueloces, fortes, in uirtute frequentia mediocres. In
exercitio autem existente intemperato, cum iam do
lor & fatigatio membra inuadunt fiunt, pulsus par
ui, debiles uel parui rari, quia uirtus iam deficit,
& calor naturalis iam minuitur, ex multo exerci=
tio desiccantur humores, unde pulsus duri reddun
tur. Nota quod distemperata exercitia in sui prin-
cipio faciunt pulsus magnos & fortes, sed in pro=
cessu & fine faciunt paruos & debiles, tardos &
raros, & duros. ¶ Locus & tempus. Et exercitiũ
& alia quæ in hoc continentur ad res non natura=
les sunt referenda. ¶ Esca. Id est, cibus mutat pul
sum, qualitate & quantitate: quantate, quia si mul
tus sit facit pulsum in principio inordinatum pro-
pter aggrauationem uirtutis compressæ à digestio=
ne, & excitato calore fit pulsus magnus & fortis
cibo per membra digeri incipiente, & mẽbris ex nu
trimento

trimento confortatis, quando cibus digeritur bene, uirtus confortatur, calor excitatur, pulsus magnificatur & uelox efficitur, cibus paruus cito digerẽdus & ad membra dispergendus, facit pulsum minus fortem minorem inter mollitiem & duritiem mediocrem. Qualitate cibus uariat pulsum si fuerit calidus, facit pulsum ueločẽ, spissum, & frigidus contrarium humidus mollem, siccus durum, & potes combinare qualitates & pulsuum differentias.

¶ Repletio. Id est, dulcis aquæ balneum calidum, quod alio nomine repletio censetur, quia dupliciter replet ex aere temperato, quia intus replet & ex aqua calida balneum dulcis aquæ moderatæ calidum temperato modo usitatum facit pulsum magnũ uelocem, fortẽ, mollem, spißum. Nam uirtutem augmentat propter dissolutionem humidarum superfluitatum, & calefaciens corpora, pulsum facit uelocem, mollem, spissum propter humectationem: balneum diuturnum facit pulsum minorem & debiliorem magis quàm prius, permanentibus uelocitate & spißitudine, quia fit ex uirtutis defectione, & dissolutione humani corporis in augmento sui caloris, sed in mollitie & duritie manet mediocris. Si autẽ in balneo tantũ quis moretur qd'uirtus dissoluatur, & calor minuatur, fit pulsus paruus, debilis tardus, sicut in nimiũ exercitantibus. Balneũ autem

aquæ

aquæ frigidæ moderatum ſecundum uiſum in craſſo corpore iuuenili facit pulſum magnum, fortem, uelocem, quia calor naturalis coadunatur intus, & uirtutem confortat, ſed ſi tanta moretur quouſq; naturalis calor deficiat uel fugiat, facit pulſum paruum tardum, rarum, quia uirtus ſuffocatur. Sed in macro & tenui facit pulſum debilem & tardum, nam in tali corpore frigiditas non habet reſiſtentiam unde cito ad interiora penetrans calidum cito intercipit & extinguit & uirtutem minuit, unde fit pulſus tardus & rarus, & debilis fit & durus, quia organa frigiditate conſtipantur. Sed ex diuturna mora in tali corpore facit pulſum defectißimũ, durum rarum, frigiditate membra per principalia percutiente calore in interiora fugient. ¶ Potus immutat pulſum qualitatis & quãtitatis, prout ſunt differentes ſpecies potuũ, ſicut de cibo dictũ eſt, niſi quod cibus magis nutrit & cõfortat. ¶ Cauſa morbi. Immutat pulſum, qui licet ab autoribus uarie & multipliciter diſtinguitur. In duo tamen membra poſſumus partiri. Cauſa enim morbi alia eſt cõtra naturã quæ eſt diſſoluens & dißipans naturam, alia aggrauans & conſtringens. Cauſa diſſoluens & dißipans uirtutẽ, eſt ablatio nutrimẽti, peßimitas quoq; morbi animæ etiam accidentia maximi dolores, exceſſus inanitionis. Cauſa aggrauans & conſtringens eſt nimia humorum multitudo, apoſtema calidũ &

frigidum,

frigidum, & ſimilia. Prius de diſſoluentibus uidea=
mus, Cauſæ diſsoluentes pulſum paruum, debilem,
uelocem, ſpiſſum, & quanto plus intenduntur cau=
ſæ diſſoluentes & prolongantur, tanto plus in debi=
litate & defectione amplius intenduntur, & formi=
cans & uermiculoſus efficitur, qui inter alios defe=
ctiſſimus eſt & minimus & peſſimus, cum ſubito
etiam diſſoluitur uirtus, ſicut in nimio fluxu ſang=
uinis de uena uel flobothomia, uel de arteria aut de
fluxu ſanguinis ex uulnere uel diſſolutione uentris,
quod fit cum cadit ſubito uitalis ſpiritus, ſicut in ſin
copi uidemus. Hic eſt pulſus qui ex defectione fit uir
tutis. Et nota ꝙ uermiculoſus neceſſario præcidit
formiculoſum. Peſſimitas morbi uſtiui & conſum-
ptiui facit uermiculoſum. De accidentibus animæ,
licet ſint de cauſis diſſoluentibus & diſſipantibus
uirtutem, in fine huius capituli dicemus. Dolor ſi in
aliquo membro fuerit pulſum, facit peſſimum, ut in
hepate uel ſtomacho, qui ſi ſit maximus in non prin
cipali, ſicut in manu uel in pede facit pulſum peſſi-
mum, ſicut mediocris in principali dolor quicunq;
ſiue in principali ſiue in non principali, facit pul=
ſum uelocem, fortem, ſpiſſum, quia dolore natura re
mittitur, ut dolor expellatur, in qua uirtus uitalis,
& calor naturalis mouetur. Sed ſi dolor perman=
ſerit, & uirtus euanuerit, pulſus fit debilis, par=
uus, uelox, ſpiſſus, & inordinatus. Inordinatio fit.

quia dolor interdum crescit, interdum minuitur. Cusæ grauantes & constringentes sunt ex humoribus abundantibus nimium, qui si in uno membro abundauerint, faciunt morbum secundum naturam humorum & effectum membrorum, unde morbi nascentes ex plenitudine, plures sunt quàm qui nascuntur eximanitione. Pulsus uniuersaliter ex uirtute aggrauantibus morbis, est pulsus paruus, debilis. Ex defectu uirtutis prægrauatione humoris plenus propter abundantiam, spissus propter necessitatem refrigerij, inordinatus, quia uirtus uicta ab humoribus, sicut ignis ex lignis appositis oppressus aliquando sæpelitur, aliquando emergens remittitur. Quando uero uirtus grauida uel grauata, est multum diuersitatem, necesse est ut faciat, aut in magnitudine uel uelocitate, uel in duabus uel in pluribus uel in paucioribus. Cum autem uirtus æquiparatur humoribus, fit pulsus æqualis diuersitatis, quia magnos æquat minoribus. Si uirtus euacuatur ab humoribus, parui & defecti fiunt, & plures tales continuantur q̄ fortes. Si econtra, contrarium. Aliquando uirtus ex quibusdam mouetur nocumentis subito, & repente ferit digitos cum pulsus quiescit, quæ percussio superflua uidetur. Causa est, quia cum natura quiescat, superuenit aliquod nocumentum, unde mouetur inuita

tur inuita, ut ab illo nocumento se defendat. Aliquando deficit uirtus in tempore motus, unde ut uirtus quiescat est necesse. Et propter hoc inter duas siue tres una percussio minus apparet. Pulsus uehemens ex plenitudine pulsus est, sicut ex sanguine per totum corpus se effundente, quia est magnus, uelox, plenus, inter durum & molle medius. Causa patet per se, quæ si sit ex cholera rubea, fit uelox, spissus calidissimus, durus inordinatus, ex impetu choleræ, similiter de phlegmatico potest prosequi secundum qualitates suas. Et uariantur pulsus & intenduntur secundum humores, qui putrefiunt, intenduntur & remittuntur. Et secundum abundantiam humorum maiorem pulsus faciunt inordinationem. Prout ergo moribus fuerit ex diuersis humoribus & in diuersis membris fundatur, & pulsus diuersificatur. Deinde de uariatione pulsuum propter causas morborum in sequentibus suo loco dicemus, & de mutatione pulsus propter genera morborum. ¶ Coitus, Moderatus si conuenienter & ex interuallis secundum cursum suarum particularium fiat, pulsum facit uelocem, magnum, fortem. Immoderatus, & si primo magnum, fortem, post tamen debilem, paruum facit. ¶ Turbatio mentis. Id est, passio animæ, sicut lætitia ira &c. Ira pulsum facit uelocem & spissum,

 propter

propter calorem ſubito exterius erumpentem ex nimio deſiderio uindicandi. Et fit temperatus in mollicie & duricie. Lætitia facit pulſum magnum & mediocrem, inter fortem & debilem, inter tardum & uelocem, quia propter calorem temperatum nõ eſt neceſſaria multa refrigeratio. Triſticia facit pulſum paruum, debilem, rarum, quia calor paulatim interius reducitur, quæ ſi multum moretur, facit pulſum uermicoloſum, deinc formiculoſum. ¶ Corporeiq; ſitus. Poſitiones corporis & modi iacendi, ut ſi aliquis iaceat ſupra latus ſiniſtrum, & comprimat brachium ſiniſtrum ex compreſſione brachij ad locum conſtrictum contrahitur ſanguis: unde pulſus occultus, & quaſi defectus apparet: unde ſi aliquis improuidus talis compreſſionis tangat huiuſmodi pulſum falli poteſt, mori patientem dijudicans. Oportet ergo medicum pulſum in alio brachio diſcernere. Sed ſi ſentiat ipſum fortem, ſciat alium pulſum eſſe immutatum ex compreſſione. Sin autem poteſt deſperare, hæc omnia immutant ſiue ¶ Variant pulſum, id eſt, uario modo, ſicut dictum eſt, commutant. ¶ Idiomata, id eſt, differentias pulſus ab idos quod eſt forma. Omnis nanq; differentia ex forma conſurgit.

¶ Secunda particula de decem ſignificationibus generum.

Ardua

Ardua propositi pars est exhausta laboris.
Altera nunc superest, cuius distinctio certis.
Prescriptas spēs studet informare figuris.

Executa prima parte operis sui, in qua egit principaliter de decem generibus pulsuum, secundum diuersas diffinitiones & proprias, & eorum diffinitiuas assignationes: aggreditur secundam partem, in qua intendit tractare de significationibus generum. Sed antequàm incipiat distinguere significationes generum, quædam præmittit capitula necessaria ad intelligentiam præcedentium & subsequentium, sicut fecit in prima parte. In primis utitur transitu, in quo dicta dicendis continuat. Ardua id est, difficilis. Pars propositi, id est, laboriosi operis, quod proposuimus de doctrina pulsuum. Exhausta, id est, completa & mandata executioni. Altera nunc, id est, particio. Superest. Tractanda restat. Cuius, scilicet particionis. Distinctio, id est, distinctionis factæ executio. Studet, id est, studiose intendit & aperit intentionem huius particionis, & quid studet ostendit. Informare præscriptas species, id est, prædicta decem genera pulsuum, & eorum species. Certis, id est, manifestis & secretis. Figuris, id est, significationibus.

In quibus arterijs est pulsus considerandus.

Pulsus in arterijs discerni debet honestis.
Expositis, longis, rectis cordiq; propin-
quis.
Vnde sinistra manus, cũ sit cõtermina cordi
Iudicio pulsus cognitior esse probatur.
Est ibi certa fides ueri constantia motus,
Pulsus ueridicus naturę uernula fidus.

Hic docet autor in quibus arterijs pulsus debet considerari. Cum enim sit considerandus in arterijs non tamen in omnibus, sed tantum in arterijs sinistri brachij, quæ ad inuestigandum pulsum, & explorandas habitudines corporis specialiter sunt destinatæ. Arteriarum aliæ sunt inferiores, ut in longitudine dorsi, aliæ profunditate in carne, sicut in coxis, aliæ ossibus opertæ, sicut in pectore, aliæ à corde nimis remotæ, ut in plantis pedum & calcaneis, aliæ sunt nimis breues, ut in summo nasi, & aliæ tortuosæ, ut in temporibus & auribus, aliæ indecentes, ut circa pudibunda, & maxime in mulieribus. Aliæ quæ quamuis participent aliquam differentiarum præcedentium, tamen æquiuocæ sunt & ambiguæ, sicut arteriæ dextri brachij. Primæ reprobantur propter posterioritatem, quia motus caloris uiget plus in anteriori parte cordis quàm in posteriori. Secundæ propter oppreßionem carnis, quia non sunt expositæ sed suppositæ & carnis inuiscatæ.

Aliæ pro

Aliæ propter oſſium ſuperpoſitionem, unde motus arteriarum ad oſſium ſuperficiem redundare nunquàm poteſt, ideoq; inſenſibilis & occultus latet. Aliæ propter nimiam remotionem à corde, quia motus cordis citius languet & deficit in remotis q̃ in propinquis, & in proceſſu tantæ peregrinatiõis lenteſcit, uis enim mortificationis citius inuadit in extremas partes quàm propinquas. Sicut enim calor ignis citius ab actione deſtruitur in extremis angulis domus, quàm circa partes camino propinquas, uel uicinas, ita in calore naturali arbitrandũ. Aliæ propter nimiam breuitatem, quia non poſſunt recipere appoſitionem quatuor digitorum. Et ſic impeditur in talibus arterijs cognitio magnitudinis, quæ ſunt præcipue de pulſu differentiæ, & non cognoſcetur in talibus, utrum ſit pulſus longus uel paruus uel cultus. Credit tamẽ uulgus q, propter talẽ pulſum, qui eſt in ſummo naſi certificetur mortis uel uitæ iudicium. Et ſi non ſentiatur, ibi pulſus morti ad iudicant, ſi e conuerſo non deſperatur. Aliæ & ſi quando tangantur tam propter tortuoſitatem uitantnr, quia quatuor digitos ex directo non poſſunt recipere. Aliæ propter turpitudinem pudendorum, & quia eſſet indecẽs diſcooperire pudibũda, & maxime mulierum ſunt uitandæ. Aliæ & ſi conuenienter inueſtigari poſſunt, quia tamẽ nõ ſunt adeo fideles & uerid ice ꝑpter caloris hepatis ſuppoſitionẽ,

non adeo frequentantur propter fallēciam æquiuocationis sibi implicitam, sicut patet in litera. Sed sinistri brachij præeliguntur arteriæ, quia longe recte expositæ, decurrentes cordi uicinæ sunt fideles. ¶Honestis, Ad differentiam earum quæ indecentes sunt. ¶Expositis, id est, nudis & apertis ad differentiam earum, quæ sunt carne & ossibus aperte. ¶Longis. Ad differentiam breuium. ¶Rectis. Ad differentiam tortuosarum. ¶Cordiq; propinquis. Ad differentiam infidelium & à corde distantium & decipientium ex falsa opinione, & hoc totum habent arteriæ sinistri brachij: unde dico q; in talibus confitendū est, sicut sunt prædictæ. ¶Vnde, id est, propter hanc caulsam considerare debes in arterijs sinistri brachij. ¶Sinistræ, id est, arteriæ sinistri brachij, & ostendit causam. ¶Cum ibi, id est, in illis arterijs. ¶Certa fides, id est, certum & fidele iudiciū & habitudinem cordis propter propinquitatem, & qa ex calore hepatis nullū auffertur eis præiudiciū.

¶In quo brachio debet pulsus considerari.

Dextera pars quia feruidior quia pleni9 illā.
Viuificus uapor irradiat, cordisq; lucernā.
Liberius recipit, ubi puri sanguinis actor.
Regnat hepar, teneri blād9 ꝑsuasor amoris.
Incentiua mali qua feruet fellea bilis.
Aequiuocat pulsum, tanto confusa calore.
Implicat errores, examen adulterat artis.

In hoc ca

¶ In hoc capitulo aßignat causam quare in bra chio dextro pulsus non sit considerandus, & aßignat causam scilicet multiplex dominium caloris. Est enim in dextra parte corporis calor dominator, tum propter hepar in dextra parte locatum, quod est membrum calidũ & uirtutis nutritiuæ fundamentũ, tum propter cistis fellis in ea parte mansionem, unde omnis iræ æstuatio procedit, tum propter cordis in eam partem exufflationem, quia licet suum habeat domiciliũ in sinistra parte, insufflat tamen spiritum suum & calorem uitalem in dextra parte. ¶ Feruidior, id est, in caloris prædominatione dominantior qđ habet perpẽdi ex fortitudine & mobilitate & strenuitate defensiõis, id est, enim corpus sinistra tanquam seruilis prætendit scutum: dextra tanquam fortis & militans exigit gladium ad feriẽdum euaginatum: & quia dixit quod pars dextra sit feruidior, per explanationem partium probat cum subdit. ¶ Quia plenius. Fit dominatio caloris in dextra parte præmittit causam, quæ elicitur ex uitali spiritu exufflatione in dextram partem.
¶ Viuificus, id est, calor uitalis à corde procedens.
¶ Irradiat. Accendit & illuminat tanquam radius à sole prorumpens & procedens. ¶ Plenius. Id est, perfectius. ¶ Liberius recipit. Propter exufflationem eius in dextram partẽ. ¶ Vbi sanguinis actor. Ponit aliam causam quæ trahitur ex positione hepatis quare

tis quare sit calidior. ¶ *Actor. Id est, fabricator & generator, In hepate enim sanguis uniuersus generatur.* ¶ *Blandus pulsus. Quia ex calore iecoris propter temperantiam sanguinis, unde membra reficiantur, lasciuiunt & iocundantur, & amoris illecebra suggeruntur.* ¶ *Incentiua. Aßignat tertiam causam quare pars dextra præferatur in calore quæ sumitur à cisti fellis, quæ cum sit domiciliũ choleræ & habitatio iræ in dextra parte est constituta.* ¶ *Fellis. id est, cisti fellis quæ iræ amaritudinem & rancorẽ continet.* ¶ *Equiuocat, id est, ambiguum & suspectum efficit pulsum tangenti in dextro brachio. utrum sit talis pulsus ex cordis calore uel hepatis, ideo equiuocat.* ¶ *Implicat error, id est, fallaciam & illusionem.* ¶ *Adulterat. Id est, propter deceptionem adulterinam, infame reddit iudicium huius artis.*

Quomodo tangens pulsum debet tenere manum.

Leua manus medici leuã leuet, & regat ęgri
Substẽtantis opem pars imbecilla requirit.
Quę si se regerit modico concussa tremore.
Falleret artificem fieretq; examinis error.

¶ *Hic instruit medicum qualiter debeat tenere manum ægri. Est quidẽ manus leua ægri sinistra manus medici substentanda, & aßignat rationem quare.* ¶ *Fieretq; examinis error. Quia cum talis tremor in toto corpore sano, quandoq; fiet ex carentia*

regimenti

regimenti & defectu substentationis propter debilitatē neruorum crederet medicus non attendens causam tremorem illum accedere ex defectu spirituum & instantia mortificationis, & ita seductus patientem adiudicaret morti. Sed si substētato brachio tremor sentiatur: certum est quod uel corpus est paraliticum, & nerui multum sunt debilitati & oppilati uel aggrauati, & spiritus intercepti uel defecti, quod est in febribus acutis ipsa perseuerante & natura debili existēte mortale: ut ergo medicus non incurrat fallaciā in tangēdo pulsum ægri, semper brachium substētet.

¶ De instructione medici.

Sed caue ne digitos in pugnū cōprimat æger
Aut nimis extēdat, lateris ne molle lacertus.
Cōpressus fuerit, moderati scomatis ordo
Absit ut ambiguū tollat moderatio motū.

¶ Hic instruit medicum secundum aliam cautelam, quia debet considerare medicus quando pulsum tangit, ne æger teneat digitos cōtractos et complicatos in pugno uel extensos in palma. Sed uidete ne ulla neruis uel arterijs inferatur uiolētia uel extensionis uel cōpreßionis. Quādo enim lasso & simplici modo tenetur, nerui et arteriæ & spūs liberius suā celebrāt discursionē p cōcauitatē eorū. Lateris. Hic ponit aliam cautelā quæ uertitur circa positionē iacēdi. Cauendū est ne patiēs supra latus iacuerit & brachiū cōpreßū tenuerit. Nā si medicus est pruidus & bra=

& brachio cõpresso pulsum tetigerit & ipsum sentire non poßit ad udicabit eum, quod forte non sanus sit uel modicũ ægrotet, ideo medicus si pulsum non sentiat debet interrogare, utrum æger supra latus sinistrum iacuerit, quod si est ita debet tangere dextrũ brachium, quia in membro cõpresso non sentitur pulsus, ratio est, quia est per attractionem sanguinis ad locum compressum, sicut cum manus alicuius laqueo uel fune constringitur, ilico sanguis ex dolore uehementior & irritatior attrahitur in multa quantitate: unde motus spirituum ex tanta sanguinis proportione suffocatur & pulsus non sentitur, ideo etiam fiunt dormitationes in pedibus insensibiles ex uehemẽtia compreßionis, & ideo ne propter compreßionem impediatur iudicium. ¶ Adsit ordo. Ponit considerationes de moderato & in ordinato. ¶ Scomatis, id est, positione membrorum. Est autem ordinata positio membrorum. Si æger iaceat supra dextrum latus frequentius quàm supra sinistrum ad recreationem dextri, nullam faciendo compreßionem brachij, et quare. ¶ Vt moderatio, id est, moderata positio. ¶ Tollat ambiguum motum, id est allusiões & ambiguitates remoueat, quæ se ingerit ex debili & occulta motione in membro compresso.

¶ Qua in manu debet tangi pulsus.

Dextra manus q̄m sensus indagine pollet.

Et sibi

Et sibi uiuidior datur experientia tactus.
Applicet arteriç digitos manifesta notētur.
Appositis digitis leuiter abscōdita pressis.
Nec prius absistat donec centesima fiat.
Motio qui numerus naturę seruit & huius
Iudicio numeri claret sententia ueri.

¶ Hic ostendit autor qua manu medicus debet tangere pulsum, & dicit quod dextra manu, quia in ea propter multiplicis caloris dominiū sicut est prius dictum uiuida sensibilitatis experientia dominatur. ¶ Applicet arteriæ digitos. Id est, uentriculos quatuor digitorū propter longitudinem arteriæ, ut ex tali appositione poßit pulsum inuestigare secundum longitudinem, latitudinem, & altitudinem. ¶ Manifesta. Hic ponit quandam cautelam quod in corpore macrifacto uel macilento, ubi est manifesta & exposita arteria nec carni inuiscata debet pulsus leuiter tangi & superficialiter, quia tumida est arteria, nec æget compreßiōe. In crasso corpore & multum carnoso quia molle carne compressa est arteria, & profundis partibus intricata debet pulsus tangi cum compreßione digitorum, aliter enim non sentiretur: ita in forti & debili faciendum est. Debilis enim pulsus non est premendus. ¶ Nec prius absistat. Hic ponit autor aliud documentum quod medicus in discretione pulsus & positione digitorū super arterijs debet continuare usq;

ad cen-

ad centesimam percußionem. Intra enim hunc numerum omnes pulsus differentias & diuersas poterit perpendere, utrum inciduus uel deciduus, uel ordinatus uel inordinatus & qualis inordinatus, & sic de alijs. Centenarius enim præcipuus est limes numeri uel numerorum & multæ perfectionis ministerio secūdus & grauidus. Et in naturalibus & theologicis, ideoq; alijs præeligitur.

¶De significatiõibus magni pulsus secūdū naturā.

Magnus qui numeris naturę se moderatur.
Quē nec cā mali nec uis symptomatis urget
Prodigus instabilis aure cupidus popularis
Ardua molitur animi secreta reuelat.
Huic comes adiūcta est uirtus intensa calorē
Copia spirituū species accommoda mēbris.
Ad dilatandū procliuis & apta moueri.

¶In hac secunda positione præmißis quibusdam utilibus intelligentiæ pulsuum doctrinæ multum necessarijs. Hic aggreditur principale propositum incipiendo tractatum de significationibus pulsuum. Incipit à primo quod secundum trinam dimensionem attenditur, scilicet de significationibus magni pulsus. Primo ostendit significationes magni, secundum naturam. Post magni præter naturam. Magnus secundum naturam significat fortitudinem, & abundantiam spiritus impellentis arteriam, & multiplex dominiū caloris naturalis, & mollitiem

etiam

etiam organi, & etiam eius obedientiam & capaci tatem dilatationis. Vnde omnis pulsus magnus natura mollis est, uel temperatus in mollitie & duritie, significat prodigalitatem, quia motus caloris à centro ad circunferantias est, & omnia dispergit: unde mobilitates animi confortantur motu caloris in rerum dispositione significat etiam instabilitatem & leuitatem mentis, nam omne calidum uelociter mobile. ℂ Aure popularis. Id est, inanis gloriæ captationem: nam calor in altum tendit, & in calido corpore naturaliter sanguis ebullit, & spiritus æstuat: unde secundum motum caloris & habitudinem cordis & motionem spirituum, & qualitatem complexionis natura cõfortatur, & suas trahit affectiones, unde de alijs & gloriosis & magnificis rebus fauorabiliter amplectitur. Et ex eadẽ causa significat multã spem & modicam confidentiam difficiliũ & inexequibilium operum aggreßionem & secretorum propalationem. Et hoc maxime in corde breuis staturæ, in quo propter propinquitatis cordis et cerebri rationem festinus est cursus spirituum.

De significationibus magni pulsus præter naturam.

Qui naturales peregrinus ab ordine leges.
Trãsuolat, & magis sibi pulsꝰ nomẽ adoptat
Cõcitat hunc, paruęq; mouet cõceptio causę
Spirituũ feruor, uis, & symptomata febris.

Aut

Aut labor, aut coitus uehemens, aut impe-
tus irę.
Vt rara pars eius magno cōcordat apertus.

¶ Subiungit de significationibus pulsus præter naturam quæ significationes sic sunt perpendandæ. Si præcedente pulsu paruo, uel in magnitudine & paruitate mediocri in sano corpore fieri incipiat magnus pulsus, significat feruiditatem distemperātiam febrilem caloris quam potes specificare per alia accidentia uel quacunq; motionem corporis, ut ex nimio labore, uel coitus concußione, uel iræ impetuositate. ¶ Ab ordine. Id est, lege naturæ &c. ¶ Vt rata. Significationem eandē aperto attribuit quam magno appropriauit, cum apertus pulsus in magno pulsu tanquā eius pars contineatur. Sed hæ significationes fidelius committantur magnū & integrius potest enim apertus esse & si non magnus.

¶ *De significationibus longi pulsus secundum naturam.*

Et quem continui producit linea motus.
Cōsiliat propriū cui uis geminata tenorē.
Fertile spirituū regimen ualidumq; calorē.
Indicat, & ualido quę sunt adiuncta calori.
Quem nota causa trahit, q̄uis aliena lacessat
Lapsum discrasię notat excessumq; caloris.
Sunt adiuncta satis expressa superficialis.
Cui natura suum dat consistentia motum.

Segnities, mens, flexibilis, crasis humida cordis.
Falsa superficies & symptomatica chimos,
Dissipat arterias, humectat mēbra resoluit.

¶ *Hic agit autor de significationibus longi pulsus. Et primo longi secundum naturam, quæ satis concordat significationibus magni, sed magnus pulsus prædicta accidentia sola natura significare habet. Longus significat dominium caliditatis & multitudinem spirituum secundum longitudinem arteriæ porrectorum, significat prodigalitatem & propagationem, & alia, & maxime si coniungatur alijs differentijs pulsuum. Nam si sit longus & strictus & occultus, uel mediocris inter apertum & occultum, non significat ita plenarie prædicta, unde autor non ponit nisi significationes tantū, quæ sunt à longo pulsu inseparabiles.* ¶ *Nota causa. Id est, aliena & acuta.* ¶ *Trahit. Disponit secundum longitudinem curto pulsu præcedente uel mediocri inter longitudinem & curtitatem ad præcedentem pulsum, pulsus enim semper recipiendus est ad particularia corporis adiuncta. Et hoc sit tibi generale in omnibus sequentibus, ut amplius repetatur.* ¶ *Lacessat, id est, commoueat & cōmutet.* ¶ *Discrasie. Id est, febrili distemperantiæ uel alterius contractæ ex coitu, labore, ira, forti uino, & similibus.* ¶ *Superficialis. Id est, alti pulsus lateraliter, quod potest*

 perpendi

perpendisti sano existenti & æquato nec mutato ex aliquo accidente perseuerauerit talis, & talis appareat, talis enim latitudo ita probata naturalis est, & ita de alijs differentijs pulsualibus secundum suum modum intelligendum est. ¶Segnities. Ex abundanti humore, unde spiritus grauantur, qui quando uiuidi sunt & agiles, nulla humiditate oppressi, faciunt membrorum mobilitatem & agilitatem & strenuitatem operandi, sed humiditas excedens naturaliter cum frigiditate, uel cum remisso calore pigritiam operatur. Sed si fortis esset calor cum humiditate, non faceret latum tantum, sed longum & apertum, & tunc talis latitudo non designaret pigritiam, sed hic concipimus latitudinem, cum pulsus excedit in latitudine, & non in alijs, quæ latitudo sit ex abundantia humiditatis seruata mediocritate in alijs qualitatibus. ¶Mens flexibilis. Quia cum humiditas sit debilior inter passiuas, & ad mutandum habilior, operatur inconstantiam & infidelitatem mentis, unde mulieres cum sint humidæ, maxime sunt infideles ¶Crasis, id est, complexio. ¶Falsa superficies, id est, latus pulsus præter naturam, qui fit ex supercrescente humiditate sanguinis. Et symptomatica, id est, quæ ex grauamine & oppressione uirtutis, & ex symptomate & repletione fit lacus. ¶Chimos, id est, significat dissolutionem chimorum & humectationem & remollitiem neruorum &

rum &

rum & membrorum, & talis debet esse paruus, debilus, inordinatus, inæqualis ex aggrauatione uirtutis.

¶ *De significationibus occulti pulsus secundum naturam.*

Qui latet occultus, nimis in centro reuolutus.
De generis natura regit quem deuia motu.
Claudit conceptus animi, secreta sigillat.
Pauperat innati regimen uitale caloris.
Organa spirituum designat, inepta moueri.
Qui latet enormis geniiq; caractere fracto.
Spiritus atque uigor breuis est animusque pusillus.
Mergitur in centrum, nec pręparat inde regressum.
Tendit in eclypsim quęrēs subuertere physim.

¶ *Postq̄ agit de significationibus magni pulsus & partiū eius, scilicet aperti, longi, lati.* Consequenter *agit de significationibus parui, secundum suas partes tantū.* Et primo *de occulto qui cōtrarius est aperto.* Talis *secundū naturā sig. imbecillitatē uirtutis, & pauperiē spirituū naturalis caloris debilitatē & duriciē organi, & inobedientiā ad dilatandum & sig. pusillanimitatē & celationē secretorū secundum hoc omnis occultus naturaliter durus est pro maiori parte.* ¶ *Qui latet enormis.* Præter *normā naturæ,*

talis significat exiccationem caloris naturalis circa cor,, defectionem spirituum imbecillitatem membrorum, & hæc quæ ad sui naturam pertinentia, ex his sequuntur, scilicet pusillanimitatem & à difficilioribus & magnis rebus retractionem, animi inuidiam, timiditatem, auaritiam, detractionem. Hæc enim fiunt à frigiditate cordis & debilitate spirituum. ¶Physim, id est, naturam.

¶De significationibus curti pulsus naturalis.

Qui mutilo motu ferit organa sed geniali.
Contrahit a magnis animi molimina rebus.
Inuidus & cupidus magnꝰ detractor auarꝰ.
Frigida quē cordis complexio spirituūq;.
Pauperies uis membrorū imbecilla sequūt.

¶Hic agit de significationibus curti pulsus, significat talis pulsus si fiat debilitatem caloris naturalis circa cor & defectionem spirituum & imbecillitatem membrorum, & hæc quæ ad sui naturam pertinentia, ex his sequuntur, scilicet, pusillanimitatem & à difficilioribus & magnis rebus retractionem animi inuidiam, detractionem, timiditatem, auaritiam, hæc enim ex frigiditate cordis, & defectione spirituum nascuntur. ¶Sed geniali, id est, naturali non est curtus præter naturam, de quo subdit.

¶De significationibus curti pulsus præter naturam.

Qui re

Qui rectū mutilat enormis & apocopa cursū
Stans ita continue, subito nec lōgior adsit.
Aure uitalis studet annulare calorem.

¶ *Hic agit de curto præter naturam, dicit nanque quòd curtus præter naturam, qui continuat curtitatem, nec regreditur in longitudinem, significat defectum naturæ & defectum spirituum & mortificationem, ideo dixi, qui continuat: nam fit aliquando curtus, qui subito in longitudine regreditur, & talis fit ex natura afflicta se contrahente, ut uires suas assumat, & contra morbum post fortius operetur, quod potest fieri, quia subito in longitudine cadit, sicut uidemus in ariete, qui ut fortius percutiat se contrahit, & uires suas colligit.* ¶ Enormis, *id est, decurtatio facta præter naturam.* ¶ Mutilat. *Amputat rectitudinem & cursum prioris longitudinis, ita q̄ in longitudinem de curtitate non regreditur.* ¶ Aure, *id est, spiritus uitalis.* ¶ Annulare, *id est, extinguere.*

¶ *De pulsu gracili tam secundum naturam q̄ præter naturam.*

In gracili qui naturę priuatus obedit.
Cordis sicca crasis legitur constantia mētis.
Propositiq; tenor atq; incōcussa uoluntas.
Ex gracili prętcr naturam significatur.
Corporis ariditas, compactio materiei.

¶ *Exequitur de significatione gracilis, secundum*

naturam, qui significat siccitatem cordis & arteriæ, cōstantiam mentis & stabilitatem propositi ratione siccitatis, quæ est contraria motui. Sed gracilis præter naturā, q sic in morbis habet fieri, mēbrorum ariditatē significat & cōpactionē materiæ morbi, & longitudinē morbi, quæ in acuta est pessimū.

¶ De significationibus pulsus secundum combinationem & obuiationē.

Linea si fuerit sociata superficiei.
Regnat & aereus in uasis militat humor.

¶ Hucusq; agit autor de significationibus pulsuum plurium, qui disponuntur secundum simplicem & singularem quantitatem: nunc agit de illis significationibus pulsuum, qui disponuntur secundum obuiationem plurium quantitatum, sicut longi lati, longi stricti, curti & lati, curti & stricti. Dicit itaq; quòd per has combinationes significantur dominantiæ diuersorum contrariorum. ¶ Linea, id est, longitudo. ¶ Superficiei. Id est, latitudini, id est, pulsus longus & latus significat q. ¶ Aereus, scilicet, sanguis, qui propter qualitates suas qualitatibus aeris consimiles, dicitur filius aeris. ¶ Regnat & militat. Id est, dominatur & excedit in uenis, quæ sunt uasa sanguinis. Ex dominio itaq; sanguinis præter naturam debet esse pulsus longus ex calididitate & humiditate & spirituū quantitate arteriam replentium. Et latus ex humiditate, & uelox temperatus inter durum & molle.

De longo

¶ De longo & stricto pulsu.

Linea stricturę nexu uinclata fideli,
Nuncia fit cholerę, cuius uis ignea uenas.
Incolit, & sedes sibi uendicat interiores.
Phlegma probat breuitas regnare supficiata
Imperiũ quarti breuitas angusta fatetur.

¶ Hi agit de pulsu significante cholerã, id est, longo & stricto. ¶ Linea. id est, lõgitudo. ¶ Vinclata, id est, copulata. ¶ Stricturæ. Id est, pulsui longo & stricto, dominãte itaq; caliditate et supra excedẽte, debet esse pulsus longus ex calore & multa resolutiõe sanguinis cholerici in fumũ & spũm. Et strictus ex siccitate uelox, quãdoq; & spissus ex necessitate refrigerationis. Durus ex ariditate choleræ, & inordinatus ex mutatiõe uel exturbatiõe naturæ pro impetuositate ardoris debet quoq; esse multũ calidus ex intẽso calore in ægritudinibus ex cholera, & in apostematibus cholericis debẽt hæc accidẽtia multũ esse fortificata. ¶ Breuitas, id est, pulsus latus et strictus, curtus ex frigiditate, latus ex humiditate. Probat phlegma regnare, id est, signi. dominiũ phlegmatis, qd'est frigidũ & humidũ, dicit ergo pulsum esse tardum, paruũ & molle. ¶ Imperiũ, id est, dominiũ. ¶ Quarti, id est, melancholiæ. Breuitas angusta, id est, curtitas copulata cũ strictura, sig. dominiũ melancholiæ, Curtus ex frigiditate, strictus ex siccitate est quoq; tardus & durus.

¶ *De forti & debili pulſu.*

Si fortis ualida membrum uirtute repellit.
Vix regitiua ſuũ tenet inconcuſſa uigorem.
Spiritus exultat cuius procliuiter ictum.
Suſcipit, & facile membri ſubſtantia cedit.
Pergit in oppoſitũ ſpecies contraria ſignũ.

¶ *Executus eſt de ſignificationibus pulſus primi generis, qui ſecundum quantitatem attenditur, nunc expedit ſignificationes ſecundi generis & tertij, quæ ſecundum quantitatem motionis arteriæ conſideratur & præmittit de ſignificatione tertij, quia ex ratione metricæ rationis præpoſterauit in enumeratione, unde ſecundum ordinem enumerationis proſequitur. Dicit itaq; ꝙ fortis pulſus ſignificat conſiſtentiam & fortitudinem uirtutis, & abundantiam ſpirituum, & obedientiam organi ad dilatandum & eius molliciem.* ¶ *Species contraria, Id eſt, pulſus flebilis, quia ſignificat contrarium, ſcilicet imbecillitatem uirtutis, debilitatem ſpiritus, & inobedientiam organi & duritiem.*

¶ *De ueloci pulſu & eius contrario.*

Cor feruens, animuſq; præceps, titubanſq; loquela.
Et uerbũ mente percurrens uerbere uocis.
Actio feſtina, nullo librata tenore,
Quam nõ depingit ratio, nec dirimit ordo.
Ponderat euẽtus, nec certis claudit & arctat.
Limitibus, dubij mutabilis alia fimus.

Viuida

Viuida ſpirituum natura caloris acumen.
Ad nutũ cauſę artificis reſolubilis humor.
Naturę pulſum uelocem ritę ſequuntur.

¶ *Sequuntur ſignificationes ſecundi, id eſt, ueloci pulſus eius cõtrarij: hic tamen ordinatur tertiũ genus ex præaßignata ratione: dicit itaq; quòd uelox pulſus ſignificat fortitudinem & uehementiam caloris dominantis, & abundantiam ſpirituum & reſolubilitatẽ humoris obedientis, ſi ſit tamen in naturali diſtemperantia, & quod pertinet ad paßiones animæ ſignificat nobilitatem mentis, & loquelam præcipitem & linguam titubantem & celerem feſtinationẽ in actionibus ſine præuentu deliberationis.* ¶ Cor *feruens.* Id *eſt, feruor cordis.* ¶ *Animus preceps.* Talis *eſt qui non curat quicquid dicat ſiue bonum, ſiue malum.* ¶ Titubansq; *loquela. ut ſunt illi qui antequã ſint ad principium ſermonis, uel iam principium ſermonis tenuerũt, iam ſunt ad finem.* ¶ *Et uerbum mente præcurrens.* Vt *ſunt illi qui antequam cogitauerint quod proferant, proferunt ſua uerba.* ¶ *Actio feſtina.* Hi *tales feſtini ſunt in omnibus operationibus ſuis.* ¶ Quam *nõ depingit ratio.* I*ſta tales non curant de rethoricis, non curant uerba ſua ornare.*

¶ *De pulſu ueloci præter naturam.*

Et quem pręcipiti pulſat uis diſcola raptu.
Indicat accẽdi peregrinũ in corde calorem.

 Velocem

Velocem tardus difformi legè refellit.
Distat ab extremis parili quoq; lance recedit
Eucrasię medi9 fidus comesq; peramphus.

¶ Nunc exequitur de significationibus uelocis pulsus, præter naturam dicens quod significat incensionem extranei, & in naturalis caloris. ¶ Vis discola. Id est, materialis distemperantia quæ facit scisma & discordantiam incipiente corporis humani. ¶ Raptu. Id est, propera & rapida à motione. ¶ Difformi. Tardi pulsus eucuat secundum cōtrarias causas & contrarias significationes, et accidit & per contrarium. ¶ Difformi. Id est, difficili. ¶ Distat ab extremis scilicet mediocris inter uelocē & tardum. ¶ *De duro & mobili pulsu.*

Vasis durities cordis rigor aridus humor.
Mens austera nimis pulsus mysteria duri.

¶ Postquàm expediuit tractatum de significationibus trium generum, quæ attenduntur secundū proprietatem motionis arteriæ. Consequenter continuat de significationibus aliorum trium, quæ pertinent ad consistentiam organi. Prius autem de duro pulsu & molli & mediocri. Aut ergo est durus, naturaliter aut præter naturam. Durus naturaliter significat siccitatem uasculorum & duritiē & tensionem arteriæ, ex siccitate naturali, siccitatē cordis, austeritatem mentis & pertinaciā. Durus præter naturam fit ex humoribus sanguinolētis uel cholericis in quædam membra confluentibus & facien

tibus in

tibus in eis ex nimia repletione tensionem uenarum & arteriarum & partium neruosarũ, unde in suffiationibus partium neruosarum & arteriosarum propter fumi conclusionem, propter opilationẽ pororum, propter tensionem nimiam & impreßionem occurrunt durities, paruitas, debilitas, spißitudo uelocitas, & quandoq; setrina inordinatio. Durus est ex tensione, paruus ex duritie organi ex defectu uirtutis arteriæ propter duritiẽ nimiã dilatari nequeuntis. Ideoq; omnis durus paruus uelox, & spissus. ex multa neceßitate refrigerij. Cũ enim uirtus debilis semel secundũ quod oportet trahere nõ poßit necesse est frequẽter repetere, quod uno ictu nequit implere. Inordinatio et diuersitas ex angustia uirtutis quæ ualde afflicta et occupata nõ potest ordinẽ seruare, sed modo magis, modo minus dilatat secundum motionẽ & extenuationẽ causæ. In huiusmodi autẽ apostematibus pro diuersis temporibus eorum pulsus uariantur. In principio enim minor est durities, maior fortitudo, et maior pulsus est in quantitate, nec tamẽ est inordinatio. In initio paruũ est apostema & modicã facit tensionẽ partiũ & uirtus adhuc fortis est, & põt uascula melius dilatare. Calor magnus est, unde uelox pulsus ẽ, et spissus. Inordinatio est pua qa arteriæ durities est modica, & uirtus nõ est adeo oppreßa, hæc accidẽtia sũt secũdũ pceßũ aliquorũ tẽporũ.i. augmẽti & status & maiorãtur,

& maxi-

& maxime intenditur ille qui plenitudine concomitatur, quia causa duritiei, id est, tensio arteriarũ maior est ex maioratiõe apostematis et maiori cõpressione partiũ & uaporis cõstipatione. In declinatiõe enim cõdescendit apostema & cõdissoluitur humor, & apostema finitur pulsus, ad sani quantitatẽ reducitur. Ex dißipatione autem subtiliũ humorũ & induratione grossorũ apostematum durorũ & constipatorum pulsus durior & subtilior efficitur, quia organa in latitudinem & profundita tem ex sua duritie non dilatantur, minus uelox est & spissus quia calor minor est, qui tanta refrigeratione non indiget sicut prius: unde si perseueraret tale durũ post dissolutionem materiæ, periculũ significat, quia scilicet indurationẽ apostematis ad dissoluendũ difficilem, & sic prolongationem morbi & naturæ defectum significat. Si apostema est in menyngis cerebri sicut est frenesis, fit pulsus durus, paruus, uelox, fortis, spissus, durus, quia in neruosis locis fit apostema, quare paruus uel spissus, patet ex prædictis, sed aliquantulum fortior est quàm in alijs apostematibus, quia in his est fortior uirtus unde quidam morbidi, in his morbis cito eriguntur & percussores, & garruli fiunt, & uix ab hominibus possunt teneri, quia ex collisione uel corruptione mentis consequitur. Inordinatio fit ex inconuenienti dilatatione organi cum duritie effusionis, & fortitudine uirtutis:

unde

unde fit ut pars dilatetur, pars uero non: minor est duricies pulsus ex apostemate hepatis, q̃ eius quod est in locis neruosis, quia hæc membra non sunt tantæ duritiei nec tantas faciunt tensiones, ut membra neruosa & arteriosa. In locis cordi proximis apostemata faciunt pulsus similes eis quæ fiunt ex apostemate facto in locis arteriosis: nam uenæ hepatis & arteriæ aßimilantur cordi. Ex apostemate cholerico maxime fundato in membro nobili, ut cerebri panniculis, uel diaphragmate uel circa cor, quia in corde apostema fieri non potest: unde si sit in hepate uel stomacho fit pulsus ualde durus. Si fiat in aliis membris sicut in pede uel in manu, nisi in locis arteriosis nō tanta est durities. Ex apostemate melancholico, in eisdē membris est in pulsu durities & subtilitas. Squinātia quia fit in lacertis gutturis, qui parti neruosi & chordosi sunt, facit pulsum durum & tethanosum, & serratū, paruum, debilem, spissum, et quare ex prædictis patet. Sed talis pulsus ex tali ægritudine augmentetur, in duritie & thetanositate, & in serraturæ diuersitate, spasmum futurū denunciat, quia ex apostemate crescente patitur neruus, & ex neruis cerebrum propter colligantiam neruorum ad ipsum, unde necesse est ut spasmus concreetur. Quod si eadem permanente duritie ut thetanositate in raritatem decidat patiēs suffocari, uel debilitari significatur. Fit enim talis raritas propter con-

pter con-

pter congelationem caloris naturalis. Pleuresis ex cholera rubea facit pulsum durũ, et ualde spissum, & talis pulsus in pleuresi significat cholerã rubeã esse in causa. Humorem enim causticũ significat ualde mobilem & ualde furiosum: unde aut peripneumoniã aut significat syncopim futuram propter instabilitatem & subtilitatem materiæ peripneumoniæ. Si in peripneumonia mutatur in sincopim. Si ad cor maniam uel defectionem. quod uix ex uicinitate cordis uel pulmonis ad locum morbi. Quod si in pulmone sit parua spißitudo & remissa durities, significat pleuresim fieri de materia phlegmatica, & nunciat futuram alienationem mentis, uel apoplexiam nunciat futuram. Fumus enim frigidus & humidus ad cerebrum ascendens, hos morbos facit. Empyema ante dissolutionem materiæ pulsum facit durum, ualde setrinũ, uelocem, spissum. Si materia in putredinem mutatur digeratur & emittatur, natura in patiente fit mollis, latus, debilis, rarus & mollis, & latus propter materiæ humiditatem in membris: debilis ex subita inanitione, rarus ex magno desiderio trahẽdi aërem. In ptisi siue fiat ex calido apostemate pectoris: unde humiditatis ex uicinitate cordis exiccatur, et arteriæ et fundamenta pectoris simpliciter desiccãtur, siue ex mala complexione calida & sicca in toto corpore, in qua permanente siccitate propter usum calidorum & frigi

dorum

dorum in frigiditatem mutatur, & humiditas sub-
stantialis corporis desiccatur. Fitq; quasi decrepitũ
corpus, fit pulsus, durus, debilis, paruus, debilis,
quia deficit ex tpe longo uirtus paruus ex defectio-
ne uirtutis in organis dilatandis, durus, ex defectio
ne & desiccatiõe totius corporis, uelox spissus pro-
pter necessitatem refrigerij. Apostema calidum in
ore stomachi facit pulsum durum, thetanosum spis-
sum, uelocem setrinum qui setrinus declaratur: po-
sterius thetanosum ex neruositate, debilem ex defe-
ctione uirtutis, quæ defectio si prolongatur facit pul
sum tardum, rarũ. Apostema stomachi frgidum pul
sum facit durum & debilem & paruum. Timpani-
tes pulsus facit durum, thetanosum spissum, durũ
ex siccitate, spissum ex defectione uirtutis.

ℂ De pulsu duro in pleuresi.

Pulsus duricies in pleuresi perniciosa.
Arida materies, terrestris, cruda probatur.
Solui difficilis, ex quo discussio morbi
Protrahitur, uis opprimitur natura fatiscit
Vitaque succumbit longo lassata duello.

ℂ Quia cũ possit fieri de sanguine raro, de phle
gmate & sæpe de cholera, ꝑpter duritiem pulsus &
spissitudinẽ, significat qđ sit pleuresis de colera, quæ
de hac materia facta periculosior est, ꝑpter mobili-
tatem materiæ & furiositatẽ, & facilẽ cõuersionem
in peri-

in peripneumoniam propter loci proximitatem. Significat etiam durus pulsus, nimiã tensionem organorum ex ariditate & multitudine materiæ, unde morbi prolixitas de defectione naturæ ostenditur, ita dico si perseueret in duritie.

¶ De significationibus pulsus mollis secundum naturam.

In pulsu cui mollitiem natura ministrat.
Cordis & arteriȩ pariter substantia mollis.
Corporis innuitur crasi humida mens muliebris.
Cerea flexibilis pia blãda parumq; fidelis.
Aduena mollities, quam symptomaticus urget.
Impetus, humores dissoluit uasa remollit.

¶ Sequitur de molli pulsu. Mollis itaq; secundũ naturam significat humiditatem corporis mollitiem organorum naturalem, quæ ex humida craßi cordis remolliuntur quantum ad mores, significat muliebritatem animi mentem ceream & flexibilem, piam & infidelem: quod totum ex humiditate contingit quæ maxime inter qualitates peior & peßima, & mutationi habilior est. ¶ Aduena mollities. Quia significat mollitiem præter naturam. Pulsus mollis præter naturam, significat humidæ naturæ abũdantiam & eius dissolutionem præter naturam, unde organã

organa humectantur humectata remolliuntur. Ex apostematibus ergo phlegmaticis maxime si fiant in locis carnosis & naturaliter humidis, pulsus fit mollis, unde in apoplexia & lytargia pulsus est mollis, & etiam tardus, rarus, in diuersitate æstuosus, quia phlegmaticus humor in cerebro abundat & nascitur, unde de membris alijs ad ipsum transmittitur. Ipsum quoq; cerebrum humidum est de natura, quia humores facti sunt ex multa humiditate, pulsus debilis debet esse tardus, rarus ex debilitate uirtutis, cum multa humiditate diuersitas est æstuosa.

¶De pleno pulsu & uacuo.

Copia spirituũ per plenum plena notatur.
Sanguinis eluuies uberrima uasa replẽtis.

¶Exequitur de significatiõibus quinti generis, qđ cõsistentiæ organi pertinet, id est, pleni & uacui, plenus igitur multitudinẽ sanguinis concauitate cordis recepti significat, quo sanguine in fumũ & uaporẽ resoluto mouetur cor & arteriæ mouentur. Et talis apparet in patientibus synochum & synocham inflatiuam & laborantibus de repletione humorum aquosorum. Et nota, ꝙ omnis plenus est latus, cum ex eadem causa contingat plenitudo & latitudo, scilicet ex abundantia humiditatis. Sed sciendum ꝙ si phlegmaticus humor nimis abundet in corpore, & maxime extra uasa paucificatur sanguis,

Ex ſanguinis indigentia, in uaſis propter phlegma-
tis multitudinem non occurrit pulſus plenus.

¶De uacuo pulſu.

In uacuo ue nę ſitiunt, uegetabilis aure.
Vis abſorpta perit uiui fons ſanguinis aret
Quē bibit ariditas peregrini lima caloris.

¶Agit hic de ſignificationibus uacui, qui per con-
trarium reſpondet pleno, & contrarijs ſignificatio-
nibus deſcribitur. Vacuus itaq; pulſus ſignificat in-
digentiam ſanguinis, conſumptionem humiditatis,
& defectionem ſpirituum, unde quando digiti appli
cantur ſuper arteriam, ſtatim arteria cedit com-
preſſioni, & nullam humiditatem interius conclu-
ſam ſuperius reddit uel redundat. Sed ſtatim pulſus
propter inanitionem ſui organi quaſi uacuus eua-
neſcit. Vacuus autem pulſus aut eſt cum caliditate,
aut cum frigiditate. Si cum caliditate uehementi ſi-
gnificat euenire ſyntheſim & ethicam. Si cum frigi-
ditate, ſignificat extinctionem caloris naturalis,
quia frigiditas inſtantiam mortificationis, uacuus
deperditionem ſpirituum & ſubſtantialis humidi-
tatis denunciat. In lytargico etiam apparet uacuus,
quia exuberatur à phlegmatico humore, humore ra
pto ſuperius, unde fit lytargia, & diminuto ſangui-
ne in uenis propter defectionē digeſtionis ex multi-
plicatione alterius humoris in arterijs, pulſus uacu-
us occurrit, non hic agitur ſecundū naturam de pul

ſu uacuo

su uacuo, quia omnis uacuitas innaturalis est, cum sit ex defectione humorum & spirituum. ¶ In uacuo pulsu uenæ. Quæ sunt uasa sanguinis. ¶ Sitiunt id est, inaniuntur & desiccantur propter indigentiam sanguinis & consumptionem. ¶ Vegetabilis, id est uitalis spiritus, cuius est adiuuare & uegetare membrum. ¶ Fons uiui sanguinis. In quo quasi quodam fonte membra potantur, humectantur & recreantur. ¶ Lima caloris, id est, cos & irritamentum incensionis in humano corpore. Sicut enim per cotem ferrum acuitur, & per limam acutius & magis incisiuum redditur, sic per siccitatem caloris innaturalis feruidior efficitur, quod apparet in lignis aridis, quæ magis obediunt incensioni q̃ si essent uiridia. Febris etiã quæ fit de eo acutior est q̃ illa, quæ de alio humore fit, unde hoc non fit nisi per limam siccitatis. ¶ De calido pulsu & frigido.

Et calidus cuius mordax pinctura perurit.
Continue digitos, index est febris acutę.
Si calidus digitos interuallariter urens.
Interuallaris atq; induciosa uocatur.
Est ethicę testis calidus uacuo sociatus.

¶ Exequitur de significatiõe sexti generis, quod est calidũ & frigidũ, & hoc similiter ad consistentiam organi pertinet cum duobus præcedentibus. Calidus itaq; significat caliditatem organi & distemperantiam spirituum & humoris fluentis in ipsis

arterijs. Sed pulsus calidus, aut est calidus à sanguine aut à cholera, uel ex calore infixo membris consumente & bibente sanguinem in uenis. Si enim calidus est ex sanguine, debet concomitari plenitudo mollicies, magnitudo inter uelocem & frequenter mediocritas, plenitudo ex uasorum repletione, mollicies ex sanguinis humiditate, magnitudo ex magna sanguinis resolutione in fumum & spiritum, Inter uelocem & frequentem mediocritas ex mediocri necessitate habendæ refrigerationis, Humiditas nanq; sanguinis est contemperamentum ardoris & indigentiam refrigerationis compescit, sed si calidus ex cholera sit, discernitur per gracilitatem & duritiem, per frequentiam & aliorum accidentia, quæ apparent in corpore concomitantia. Si est ex calore insito membris, debet esse uacuitas, & ethicam & ptisim significat. Item alia fit diuisio calidi pulsus. Nam calidus alius continue calidus urens & mordens in appositione digitorum, & significat continuam. Alius interuallariter & interpollatiue, & sine punctione & mordicatiōe digitorum, & significat interpollatam.

De pulsu frigido.

Spirituum probat occasum uitęq; lucernā.
Cęlat & extinguit gelidus spiramina cordis.

Exequitur de significationibus frigidi pulsus. Frigidus significat extinctionem calidi naturalis, annullationē

nullationem spirituum mortificationis eminentiam. Non consulo q medicus stet circa ægrotum, quando apparet talis pulsus. Tunc enim crux & luminaria & cinis & cilitium & aqua benedicta suum debent habere locum. ¶ *Occasum*, Id est, *defectum.* ¶ *Lucernam*. Id est, *uitalem spiritum, qui est lucerna microcosmi.*

¶ *Incipit tertia particula.*

Respirare licet modicũ tirũcula clio.
Mulcebris instaurat fessas recreatio uires.
Iam satis est, nunc tolle moras, succinge regressum.
Accipe, sed caueas pedib9 ne scandala fiant.
Deuius est calor, & milia multa supersunt.
Excubat interius forsan clandestin9 hostis.
Inuidię celebrata lues, furmicula famę.
Pessima pro puris spargens zizania granis.
Vt sit processus securior, & tibi parcat.
Inuidus & fatui ueteris ludibria uulgi.
Verba musandino maneant cõdita sapore.
Omnib9 equiuoci titulum petende salerni.
Pręsulis alfani claro signata sigillo.

¶ *Aggreditur autor noster tertiam distinctionem sui operis, in qua exequitur de significationibus aliorum generum, & ponit distinctiones eorum quorundam, quas in secunda partitione non posuerat. Præ*

mittit autem prologum, in quo musam suam alloquitur, eamq; ex præsenti opere fatigatā inuitat ad recreationem quietis. ¶ Tiruncula, id est, rudis & nouella. ¶ Iam satis est. Sed quia requies diuturna parit desidiam & eneruat uigorem: statim iubet eā interrumpere quietem, anteq̄ opus inceptum aggrediatur. ¶ Ne scandala, id est, cum pedes intendas & uecharis pedibus metricæ orationis caueas, ne aliquod offendiculū pedibus tuis occurrat. ¶ Milia multa supersunt. Id est, miliaria multa restant ad pergendū, id est, diuersa capitula & diuersæ regulæ, quæ restāt tandē de generibus pulsuum, per quas regulas quasi per certā uiā & semitā peragrare debet intellectus tractantis. ¶ Excubat. Hic autor noster mouet musam suā q̄ sibi caueat ab adulatoribus & detractoribus, qui bene dicta aliorū dente canino et satyrico corrodent, & quæ scire non possunt uel facere quadam malignitate animi defraudant, & laudes aliorum in se infundata tituli mutatiōe, conuertūt, spargunt, seminant nigellā inuidiæ, & zizaniam detractionis, ubi deberent seminare prætiū laudis & fauoris. ¶ Musandino sapore. Id est, sapidis & sententiosis autoritatibus Petri Musandini, qui fuit patronus & supremus opifex huius facultatis, qui alium non habuit patrem, nec habiturus est sequentem. ¶ Aequiuoci salerni. Salernum æquiuocum est ad ciuitatem & ad magistrum huius artis præceptorē.

Alfani

¶Alfani. Id est, illius summi magistri & unici in phisicali scientia. ¶Præsulis. Id est, archipræsulis salernitani tantis confisa patronis potest malignis hostibus obuiare.

¶De significationibus frequentis & rari pulsus.

Qui recolit replicatq; suũ sepissimũ ictum.
Ex ui contrahitur fragili fortiq; calore.
Cordis adoptiuus uapor ut possit recreari.
Sufficiens possit spiramine mulcebris aure.
Ne simul huic detur quantũ sibi cõpetit aer.
Vis oppressa negat igitur perplexa reprẽdit
Multiplici numero qđ iã formauit in uno.
Crebraq; defectũ quanti repetitio pensat.

¶Exequitur autor noster de significationibus aliorum generum, quæ restant sex prædictis. Et primo expedit significatiões frequẽtis & rari pulsus, quod est sextum genus, & perpendit ex tempore quietis, quod est inter duas diastoles, sicut in prima particione dictũ est. Frequens itaq; pulsus sig. fortitudinem & uehemẽtiã extranei caloris & innaturalis, & debilitatẽ & afflictionẽ uirtutis, quia fortis est calor, & multa indiget aeris attractiõe & refrigeratiõe, unde multa instat necessitas humidæ refrigeratiõis, & euẽtatiõis ad tẽperamẽtũ feruoris. Si uirtus debilis & afflicta nõ põt sufficiẽter aeris quãtitatẽ uno ictu attrahere, quantũ expedit necessitas arboris,

ergo necesse est q; numerosa & frequenti actione restauretur & suppleatur, quod defecit in quantitate unius attractionis, & ideo causis prædictis concurrentibus, id est, forti calore & debili uirtute freques accidit pulsus. Si uero fortis uirtus cum forti calore concurrat, iuxta necessitatem ardoris fortis uirtus trahet sufficientem aeris quantitatem, & tunc non fit frequens pulsus. Sed inter raritatem & frequentiam mediocris. ¶ Sæpissimus, id est, sæpissime iterans motionem. ¶ Adoptiuus. Vapor, id est, calor extraneus & innaturalis, quem cor adoptat illata sibi uiolentia ex febre uel exercitio uel apostemate, uel quacunq; compressione uel immutatione. ¶ Mulcebris auræ. Id est, aeris, cuius attractione interiora demulcentur. ¶ Quod iam formauit in uno, id est, in quantitate & attractione.

¶ De significationibus rari pulsus.

Debilis in raro calor est, infirmaq; uirtus.

¶ Ostendit causas & significationes rari pulsus, & dicit q; rarus pulsus sig. debilitatẽ caloris & infirmitatem uirtutis, quia debilis est calor, non restat multa necessitas aeris attrahendi in multa refrigeratione. Virtus etiam q̃uis infirma sit iuxta debilitatẽ caloris, aerem potest sufficienter administrare ad temperandum una attractione. Sed contrarium inuenitur in pantegni. Dicit enim Constantinus rarum pulsum fieri ex uirtute debili & forti calore.

Et Philo-

Et Philaretus dicit, quod rarus pulſus fit ex debili calore & infirmiori uirtute. Solutio dubij eſt, q͠d dicit Conſtãtinus rarũ pulſum fieri ex debili uirtute & calore forti, hoc dicit reſpectu quorũdam ſanorũ corporũ quæ ſecundum frigidam diſponuntur cõplexionem, & quod debilitate caloris modica ægent refrigeratione. Et uirtus eorum cum ſit fortis, quia ſana ſunt corpora & nulla ægritudine oppreſſa uno ictu poſſunt ſufficienter attrahere, quòd calorẽ debilem poßit refrigerari, unde in eis fit rarus pulſus, quôd autem dicit Philaretus rarum pulſum fieri, ex debili calore & infirma uirtute hoc dicit fieri gratia ægrorum corporum. Infebriente enim rarus pulſus ſignificat maximum uirtutis operatiuæ impedimẽtum, quia extinctionem caloris naturalis ex conſumptione humiditatis & annullatione ſpirituum. Vnde ſi in laborante acuta febre præcedente pulſu, multum ueloci frequẽti & magno, nulla facta determinatione ſubito appareat pulſus rarus, ſiue alienatione mentis patientis ſignificat mortem.

¶ De incidenti & decidenti pulſu.

Motibus incidui pulſus uirtus reparatur.
Captiuata ſalus ſit libera languida fortis.
Debilis inſtaurat uires oppreſſa reſurgit.
Vita reformatur uicto ſymptomate morbo
Exultat capto brauio natura triumphat,
At per deciduum uitę iam ueſpere facto.

Vergit in occasum splēdor uegetabilis aurē
Eneruata perit uirtus parceq; trahenti.
Atrops insultat ut uitę sincopet usum.

¶ *Hic autor agit de octauo genere pulsus, quod incidens & decidens dicitur, & eius significationes ostendit. Incidens itaq; pulsus attenditur secundum collationem & comparationem morarum ad moras, occultarum ad apertas, fortium ad debiles, debilium ad fortes. Aperta mora dicitur, quæ facit pulsum in dilatatione. Occulta quæ facit in constrictione. In comparatione ergo moræ dilatationis ad morem constrictionis inciduus uel deciduus dicitur. Nam si breuior sit moræ constrictionis & maior sit mora dilatationis, dicitur pulsus inciduus. Si uero breuior sit mora dilatationis, et maior sit mora constrictionis quæ est inter duas diastoles, tunc dicitur deciduus. Si aūt æqualiter fit inter duas moras erit pulsus medius, inter decidentē & incidentē. Potest etiam hic pulsus attendi, secundum collationem & comparationem plurium morarū ad moras, secundum multos pulsus consequentes & succedentes. Nam incidentia quandoq; habent locum in uno pulsu, quaudoq; in pluribus. In uno ut si fiat comparatio plurium morarum & constrictionum & dilatationum sibi per multos pulsus succedentium. Si ergo contingat, quod pulsus continuet quinque percußiones fortes, & sexta decurrat debilis, uel aliquantulum*

quantulum deficiens, & postea succedant decẽ fortes & sequatur undecima debilis: & postea occurrant uiginti fortes, & sequatur uigintina debilis uel deficiens: & sic procedat pulsus multiplicãdo percußiones fortes, quousq; debiles prorsus non appareant: talis pulsus dicetur incidẽs, & significat confortationem uirtutis & conualescentiam & plenariam crisim futuram. Similiter decidens duobus modis potest intelligi, ut dictum est de incidenti, aut in uno pulsu, aut in pluribus, quomodo in uno dictum, quomodo in pluribus fieri debeat, sic constat, quoniam si præcedant decem fortes percußiones, & sequantur undecim debiles, & post sequantur sex fortes & septem debiles, post quatuor fortes & quinq; debiles: & post tres fortes & quatuor debiles: & ita paulatim quousq; multiplicatis debilibus, fortes euanescãt percußiones: tunc talis pulsus dicitur esse decidens, id est, ꝓpter minorationẽ sui à notitia nostri sensus cadẽs. Et nota quòd pulsus incidens comprehendit caudã soricinã retornatiuam. Decidens uero cõtinere potest caudam soricinam finitiuam. Attende quòd per decidentẽ, uel deficientem pulsum accidẽtem in die cretico mortis hora potest distingui. Et per incidẽtem hora conualescẽtiæ potest signari. Ponatur ergo quod aliquis infirmus pulsum habeat decidentẽ: utrum debeat euadere ab illa ægritudine, sic cognosces. Cõputandũ est ergo à prima defectiõe pulsus usq; ad secundã, et in qua hora

diei

diei fiat & contingit quot ictus in prima deficientia & quot in secunda, uerbi gratia, inter primum & secundum, fortes tibi occurrant triginta percussiones in hora diei tertia. Sed cum sit molestum te semper ibi esse & computare numerum, alia die eadem hora uenias & numera percussiones eiusdem pulsus inter unum deficientem & alium. Et si modo deficientem inueneris in undecima percussione. Et si quindecim percussiones fortes amisisti, cũ prius haberes triginta signum est, quòd transactis alijs horis alias quindecim percussiones amittet. Et in eadem hora morietur. Eodem modo de incidenti facere poteris & crysis ad bonum futura designatur. Si quis habeat pulsum deciduum, computa à primo incidenti & aliquantulum fortiori usq; ad secundũ incidentem in qua hora hoc fiat, & quot percussiones sint inter primum pulsum incidentem, & secundum aliquantulum fortiorem, uerbi gratia: si inter primum & secundum incidentem triginta tibi occurrãt percussiones, ut in hora diei huius tertia fiat post in secunda die eadem hora ueniens computa sicut in prima die, si inter primum incidentem & secundum inuenis quindecim motiones, inuenisti incidentem, ita procedendo poteris prognosticari crisim futuram secũdum magnam & paruam horam, & horarum & ictum computationem. ℭ Incidui. Id est, incidẽtis. ℭ Accepto brauio. Assecuto praemio co-

mio coronæ propter debilitatē ægritudinis. ¶ *Per=decid uum. Id est, decidentem. Litera plana est.*

¶ *De æquali & inæquali pulsu, ordinato, & inordinato.*

Iuncta bono paritas bona sit mala iuncta
sinistro.
Cōtrahit adiunctę cōpaginis ęmula formā.
Imparitas reprobāda boni laudanda sinistri
Nā tibi propositis quę sunt optanda duob9
Elige quod fixum stabili bonitate moratur
Ex tibi propositis quę sunt fugiēda duob9
Elige mobilius, fuge quod cōstantius extat
Qualibet in specie pulsus paritas reperiri,
Imparitasue potest sed nō ęqualiter ęquum
Vnica solius facit obseruantia pulsum.
Si magnus se cōtinuet, propriūq; tenorē.
Seruet, inoffensum cadit a plena paritate.
Cū species aliena subit, non dicitur ęquus.
Simpliciter, sed in hoc, cū non sit in omni-
bus ęquus.

¶ *Octo generibus aßignatis & eorum acciden-tibus executis & expeditis, agit de duobus extremis generibus quæ accidētia sunt, & principalibus præ-dictis adiuncta sunt, scilicet de æquali & inæquali, ordinato & inordinato, nec tamen de ordinato & inordinato agitur, nisi secundum distinctionem sua-*

rum spe-

rum specierum & partium. Est itaq; pulsus æqualis cuius percußiones uniformem & consimilem habet rationem, & uniformiter occurrunt in digitorũ extremitatibus, ut si percußiones sint magnæ & in magnitudine æquales, nõ paruæ, non raræ, nõ spissæ, non debiles nec in aliquo diuersæ. Et iste pulsus æqualis dicitur absolute. Inæqualis autem est cuius percußiones diuersantur, siue sit in motu, ut modo sit spissus, modo uelox, modo tardus, siue in quantitate dilatatiõis, ut modo sit magnus, modo paruus, siue in uirtute, ut modo sit fortis, modo debilis. ¶ Sicut autem quidã est æqualis pulsus absolute, seruans æqualitatem in omnibus, ita quidam est inæqualis absolutam seruans inæqualitatem in omnibus percußionibus. Et est quidam inæqualis in quantitate qualitate, in alijs tamen diuersatur, & ille inæqualis dicitur, sed in aliquo æqualis nuncupatur, ¶ Et nota quod omnis æqualitas in bono est bona, in malo mala. Et inæqualitas in malo bona est, & hanc diuersitatem secundum diuisionem autor insinuat, in capitulo præsenti. Hæc diuisio non tantum habet locum in consideratione pulsuum, sed circa meditullium uenarum. ¶ Paritas. Id est, æqualitas. ¶ Sinistro. Cũ sinistris & malis differentijs. ¶ Imparitas. Id est, inæqualis.

¶ Sequitur de pulsu qui dicitur cauda retornatiua, & de eo qui dicitur cauda finitiua.

Cauda

Caudā retornatiua primo mollescit in ictū,
In reliquo languet fit tertia motio leuis.
Iudicio sensus se quarta magis manifestat.
Quinta uiget ualido firmatur sexta uigore
De tenebris sensus, & de languoris ab ipso
Recipit in excessum graduali tramite pergēs.
Hoc pulsu solitos natura reciprocat ictus.
Finitiua suos motus orditur ab alto.
Sensim deprimitur, declinat, mollificatur.
Et propatulo sensus se mergat in imo.
Hic uicinantis affert prȩludia mortis.

Hic agit de speciebus inæqualis pulsus, & inordinati, cuius multæ sunt species, scilicet cauda soricina finitiua, & cauda retornatiua, caprizans, martellinus, ramosus, fluctuans, spamosus, ptisicus, formicans, uermiculosus, sorinus. Prius exequitur *de cauda soricina finitiua & retornatiua, quæ licet poßint esse species ordinati & inæqualis, sub inæquali tamē & inordinato cōtinētur, quia quādoq; cauda soricina finitiua & retornatiua procedūt in pereußionibus secundū ordinatā inæqualitatem, & quandoq; secundū ordinitā, ubi nanq; est perturbatio naturæ, tanta uix ad plenū cōsequētis inæqualitatis ordinatio potest seruari.* Constantinus *tamē in pantegni has spēs ordinat sub ordinao et æquali, est ergo pulsus cauda retornatiua quasi ab occultis, & q̄si ab insensibilibus pcußionibus incipiēs paulatim*

graduali

graduali tramite ſecundum ordinatum modum maiorando procedit de minimis ad paruas, de paruis ad aliquãtulum apertas, de aliquantulũ apertis ad magis manifeſtas, & ita continuatim & ordinatim procedit quouſque ſe recipiat iam fortes motiones. Dicitur autem hic pulſus cauda retornatiua cauda ſoricina, quia ſicut cauda ſoricis in finali extremitate quæ ab animali corpore remotior eſt, incipit à nimia gracilitate, & continuatim procedit ſecundum großitudinem & maioritatem corpulentiæ, quouſque attingat corpus animalis. Sic & iſte pulſus ratione ſimilitudinis maiorãdo procedit paulatim de debilibus ad minus debiles, et de minus debilibus ad aliquantulum fortes, de fortibus ad fortiores percußiones. Cauda ſoricina finitiua per contrarium poteſt intelligi, quia à fortioribus incipiens per minus fortes tranſit, tertio per debiles, quarto per debiliores, tandẽ ab eo deſcendit per gradus debilitatis, quod non ſentitur, & hoc aßimilatur caudæ ſoricinæ finitiuæ. Nam cauda ſoricina finitiua à parte animali inſerta großitior eſt, & paulatim gracilíendo procedit uſq; ad finem. Cauda retornatiua ſignificat confortationem naturæ ſalutis reuerſionem. Finitiua prænuncia eſt mortis.

¶ De conſolatione medici cum æger moritur.

Collectis

Collectis fuge sarcinulis opifex medicine.
Nil impēsa ualent tua, nil suffragia profunt.
Damna resarciri nequeunt iam morte pro/
pinqua.
Atropos excludit lachesim, uitalia rumpit.
Stamina dissoluit gumphos uitāqꝫ relegat,
Salua tibi maneat frontis uerecūdia uultū.
Extere ne pariat tibi mors uicina pudorem.
Mortiferos tua preueniat sententia casus.
Officium uatis retinens nomēqꝫ prophete.
Nō semper sanat medicus rhetorue perorat.
Sed tamen officiū concludit sine supremo.
Singula que debet si contingētia seruet.
Vitam uicturo uel si mortem morituro.
Iudicio dictet stabili que culpa medentis.
Officium cōmune durum curatio morbi.
Actio communis uix consumatur ab uno.

¶ Quia forte medicus propter mortem ægri præminentem, & de uita sua timeret, credens sibi ab amicis suis imputari, ideo autor ipsum consolatur, & amicos eius corroborat & firmat, ostendens quod non sit timendum, & cum prænuntiauerit mortem ægri potius sibi copulabit gloriam & honorem quàm pudoris ambitionem, & loco prophetæ inter homines reputabitur, quia morituri solis prognosticis.

Descensu saltum geminat caprinus ab uno
More caput saliēs, quę bis prius aera pulsat.
Quod semel in terrā quęrat defigere cursū,
Cedit in hac specie progressio prima secūdę.
Si species talis genesi dictante resultant.
Hoc signo uasis substantia dura rebellis.
Aurę uitalis uis imbecilla notatur.
Sēsus hebes serrino pręceps turbatio mētis
Quod multis resoluta modis ut uerba mo-
uerer.
Mentis conceptum mutilata uoce resoluit.
Si caprinus erit sine lege uel ordine pulsus.
In causa est mixtura mali, diuersa dieta.
Dissona materies, resolutio multa uaporis.

¶ In hoc capitulo diffinit autor quid sit pulsus caprizans & eius significationē exponit. Est enim caprizans qui incipiens à uelocitate ante digitorū percußionē uidetur cadere, & post mouetur incompleta dilatatione ad similitudinē caprioli caprizans dicitur. Cum enim capriolus incipiat esse uelox in saltu, quasi saltum uidetur facere in aërem, & post in complendo cursu, & complendo saltu est uelocißimus. Talis uero pulsus antequam regrediatur in centrū, duas habet dilatationes, primā minorem, secundam maiorem, sicut etiam facit capra saliens in

liens in aëre quæ prius extollit una uice pedes, deim de alia uice iterum se extollit, antequã in terra ponat uestigiũ. Caprizans itaq; pulsus, alius est secundum naturam, alius præter naturam, quæ autẽ sunt significationes naturales, & quæ non naturales, autor in hoc capitulo exprimit.

¶ De martellino pulsu.

Cum ferit incudem bis malleus, & resilire
Cogitur obiecti massa suadente metalli.
Et fit diuiduus, in se tamen unicus ictus.
Sic resilit duro membri concussa rigore.
Et digitos species sic martellina retendit.
Nec redit in centrũ donec geminauerit ictũ.
Ex quo natiuo signatur spiritus ignens.
Cor fit cum discor mentis presumptio fastꝰ
In febre continua martellino dominante.
Caumate febrili cordis depascitur humor.

¶ Sequitur de martellino, qui à martello dicitur. Sicut enim percussio martelli supra incudem in sequentes cadit percußiones plures, propter percußionem martelli ex duricie incudis, sic etiã martellinus pulsus in dilatatione sua anteq̃ ad centrũ regrediatur ex percußione spũs & organi, duricie bis digitos percutere uidetur, & fiunt quasi dilatationes duæ, sed præcedẽs est maior, secunda minor. Sed in caprizãte sequẽs ascẽsio maior est præcedẽte. Martellinus

pulſus ex duricie ſubſtantiæ organi contingit, & hoc propter ſuperabundantiam ſpiritus, quo ſpiritu mouetur arteria, & præ duricie ipſius ſpiritus repercuſſus rurſus mouetur, & facit ſecundam aſcenſionem: unde dicit Philaretus, quòd martellinus ſiue bis pulſans currente uiolenter ſpiritu in ſecundam uenit percuſſionem, ut in incude uenit malleus, Et eſt differentia inter caprizantem & martellinum, quia in caprizante non percutitur ſpiritus, ut in martellino, ſed ante digitorum percuſſionem, quaſi cadere uidetur, & poſt incompleta dilatatione uehementer citatur, Martellinus itaq; pulſus ſi ſit ſecundum naturam ſignificat contumaciam cordis & pertinentiã mentis ex ſiccitate & ſuperbia ex abundantia ſpiritus. Si autem fiat præter naturam ſignificat ſucceſſionem cordis & humoris defectionem, ſicut in acutis contingit.

¶ De ramoſo pulſu.

Finditur in ramos ramoſus & organa motu
Quadrifido feriẽs digitos percurrit in imo.
Diſcolor in pulſu ſicut confuſa reſiſtit.
Vox citharę fidibus uno ſimul ordine tactis
Hęc ſpecies craſſis imperio ſuadente figurat.
Mobile propoſitum cordis mutabile uotũ.
Si talis cogente mali ſymptomate fiat.
Morbi materies fit diſſona cauſa repugnãs.

Militat

Militat ex equo uirtus symptoma retũdit.
Vita reformatur nutrix natura resurgit.
Expirante mali nebula redit aura salutis.

¶Hic ponit ramosi pulsus diffinitionem & significationem eius ostendit. Est itaq; ramosus pulsus, qui primis digitis tangentis apparet alio modo, & reliquis digitis apparet inæqualis, ut si appareat uni digitorum uelox, alij tardus, uni spissus, alij ramosus, uni fortis, alteri debilis, uni spissus, alij ramosus, uni fortis, alteri debilis, uni inciduus & aptus, alteri deciduus & occultus. Et attenditur secundum quantitatem motus aut motionis uirtutis, & secundum motionis numerum. Non enim potest uariari iste pulsus secundum magnitudinẽ. Impossibile enim est quod sub uno digito in eadem parte organi sit magnus, & in alio digito uel in alio in paruum mutetur in eadem percussione, aut in eadem percussione fiat paruus & etiam magnus. Magnus enim ex necessitate quatuor digitos transit. Similiter ramosus non potest attendi secundum uarietatem latitudinis aut stricturæ, caliditatis aut frigiditatis duriciei aut molliciei, uacuitatis aut plenitudinis. Nunquàm enim in eadem percussione potest attendi pulsus in diuersis digitis, ramosus, latus & strictus, calidus & frigidus, mollis in quibusdã, durus in alijs, uacuus in uno, plenus in alio, et similiter paruus &

magnus secundū uelocitatē, tarditatē, debilitatē, & fortitudinē, raritatē & frequētiā potest cōsiderari.

¶ Ramosus alius secundū naturā, alius præter naturam. Secundū naturā factus cordis mutabilitatem significat. Præter naturā factus in acutis febribus humorum significat cōtrarietatē, naturæ cōualescētiā ex parte significat, & ex parte uitæ laborē, & finē morbi declarat. Pulsus ramosus secundū Philaretū habet fieri ex aliqua superfluitate in cōcauitate arteriæ contenta, quæ aduenienti spiritui resistit: unde tota arteria propter resistentiā superfluitatis aduenientis spūs, nō pōt totaliter dilatari. Sed motus cordis & motus spūs transfertur deorsum & sinistrorsum, ac si eßent diuersificati. His determinatis litera clarescit per se, secundū diuersitatis rationem, teste Constantino in pantegni. Caudā soricinā et pulsum inclinatum licet inuenire. Cauda soricina in diuersis digitis inuenitur, cū pulsus ab uno digito attingenti brachiū est grossum, sub digito secundo est minor, sub tertio est paruus, sub quarto est minimus. Similiter hæc cauda in forti & debili, ueloci & tardo potest intelligi. Sed hæc cauda soricina differt ab alta, de qua superius cum ipso autore pertractauimus. Inclinatus aūt pulsus attenditur secundū diuersitatem percussionum sub quatuor digitis, ut si sub duobus digitis medijs großus, & sub duobus extremis subtilis, aut

lis, aut in medijs apertus, in extremis occultus appa ret aũt sursum extremitas deorsum inclinari ex defectu uirtutis, substantiã organi ex parte brachij leuare nequeuntis causa arteriæ grauitatis in extremitate intra manũ ex defectione sola est uirtutis illic uix peruenientis. Inclinatus similiter de forti & ueloci & tardo est intelligendum. Et ille inclinatus pulsus & cauda soricina prædicta sub ramoso pulsu comprehendi possunt. Nam ramosi pulsus possunt esse multæ species. Sub eadẽ etiã specie cõtinetur serrinus, de quo dicetur in sequẽtibus. Qui aũt sub uno digito mouetur sub tribus est quietus, aut sub duobus primis mouetur sub alijs quiescit, aut sub uno fortis, sub altero debilis, sub tertio debilior, sub quarto debilißimus, ita q͏̄ non sentitur. Et hoc est q͏̄ pulsus dictus cauda soricina posset intelligi, quando gradatim debilitãdo procedit de primo digito ad secundũ, de secũdo ad tertiũ, de tertio ad quartũ. Sed hic nõ gradatim procedit in debilitate per quartũ digitũ, ut si ab uno moueatur, sub alijs quiescatur, aut sub duobus primis moueatur, sub alijs nõ, dicẽdus est serrinus, dicitur aũt à serra, quia serræ dẽtibus aßimilatus.

¶ De fluctuante pulsu.

Vasa procellosus enormi concutit ictu.
Fluctuat, exũdat, fremit, ęstuat, & digitales
Vẽtriculos sibi cõpressos lateraliter ambit.
Pars infra & sursũ, pars retro & añ mouet.

Inde probes subitum mentis cordisque tumultum.
Sanguinis undantis turbato in corpore motum.

¶ In hoc capitulo agit de procelloso pulsu, siue æstuoso. Et cõstantiã quam Philaretus fluctuationẽ appellat prosequitur. & ostendit quid sit fluctuans pulsus, & quid habeat significare. Aestuosis pulsus est cum organi pars auriculari, digito superposito superior ante mouetur sub altero digito inferius & tardius. Pars autẽ organi dextrorsum & sinistrorsum sentitur moueri, quædam partem late quidam pars stricte. ut uidemus in tempestate maris. Fluctuans igitur pulsus habet fieri ex abundantia aquosi humoris infundentis corpus arteriæ magis quàm debeat, unde spiritus in arterijs generatus aquosum humorem in arterijs existentem mouet magis in uno loco arteriæ quàm in alio, & ideo quasi quædam inundationes siue perflatus per pulsum sensui subiacent, & ideo pulsus fluctuans dicitur. Talis pulsus solet reperiri in quadã specie & hydropisis quæ anasarca dicitur, id est, æqualis resolutio carnium. ¶ Significat pulsus iste quandoq; mentis perturbationem aut iram subitam, aut tristitiã aut humoris subitam perturbationem.

De spasmoso pulsu.

Spaſmoſus uacuus tenſi quoque more ri/
geſcit.
Funiculi, ptiſicis famulatur, & extenuatis.
Corporis humorem depaſcit, ſorbet inanis
Plenior occurrit ſpecies ſpaſmoſa replẽtur.
Organa, reumaticus neruis infunditur hu
mor.
Lenia motiuo uideantur membra uigore.

¶ Hic exequitur de ſpaſmoſo pulſu qui aliter pti ſicus appellatur, & eius ſignificatiões exponit tam ptiſici quàm ſpaſmoſi, de repletione prouenientis.

¶ Spaſmoſus itaque & ptiſicus habet fieri carne conſumpta & deſiccata, per calorem febrilem: unde non habet arterias, niſi collocetur ad modũ chordæ tenſæ & tenditur, unde digitis compreſſa transfertur à dextra & ſiniſtra: unde uidetur ſpaſmoſus idem eſſe: ſed differunt propter cauſas differentes, quia in ramoſo corpus arteriæ diffinditur, ſed in ſpaſmoſo neruus tenditur, & multum duritiei ſentitur: unde dicitur ſpaſmoſus propter tenſionem nerui uel arteriæ: uel quia ſpaſmum futurum ſignificat. In ramoſo autem non fit talis tenſio quemadmodum in ſpaſmoſo. Spaſmoſus itaque ſignificat deſiccationem corporis: & conſumptionem humorum, indurationem arteriarum & nimiam deſiccationem. Et ſignificat ſpaſmum de inanitione: eſt autem quidam

spasmosus de repletione humorum: unde arteria sentitur multum turgida.

¶De fornicatione & uermiculoso pulsu.

Sunt gemini pulsus formicans uermiculosus,
Aestiuis potius in febribus & peracutis.
Mortis prȩcones fidei referantq; sepulchra.
In febre formicans, pulsu uermiculante uerendus.
Non redit ad melius, sed uita morte saporat
Sȩpius hac specie excepto caumate febris
(Non urgente necis discrimine) syncopis infert.

¶Hic agit autor commixtim de duobus speciebus inordinati pulsus, id est, uermiculoso & formicāte, uermiculosus more æstuantis mouetur, sed æstuans maior est, & fortior uermiculosus minor & debilior, tamen uelocior & spißior est, quia huius causa uirtus est defecta: & dicitur uermiculosus, quia sentitur sub digitis ut uermium motus. Et formiculosus mouetur sicut uermiculosus. Sed formiculosus minor est & defectior & spissior. Cum enim eius uirtus omnino est ablata & defecta dicitur formiculosus, quia sicut formicæ sub digito sentiuntur, sicut itaq; formica minorem habet motum quàm uermis, sic & formicans pulsus minor est, et defectum significat plus quàm uermiculosus, cum eius motus sit minimus

nimus

nimus ſicut motus formicæ, minor eſt motibus alio-
rum animalium, ſed pulſus aliquis deficit uſq; in for
micationem, & hoc fit ex ſymptomate acutæ febris
ex cõſumptione ſpirituum omnino deprauandus eſt
uita patiens. Si uero deficiatur uſq; in uermiculo-
ſum & ibi maneat, & ideo nõ progrediatur ad for-
micantem non moritur omnino. Et nota quod an-
te formiculoſum neceſſario uenit uermiculoſus, ſi de
formicante fiat regreſſus in uermiculoſum bonũ eſt,
ſed ſi de uermiculoſo fiat deſcenſus in formiculoſum
eſt malum ſignum. Formicãs & uermiculoſus quan
doq; fiunt ex ſubita diſſolutione uirtutis, ſicut pro-
pter multã inanitionẽ ſanguinis, ut in fluxu per he-
moroidas uel à naribus uel à uẽtris immoderato flu
xu uel menſtruorum in mulieribus, unde patiens ex
tanta uirtutis cõſumptione uel diſſolutione propter
defectũ ſpirituũ, & nutrimenti ſubtractionem ſin-
copare cogitur: & pulſum habet formicantem uel
uermiculoſum. De tali autem pulſu non eſt deſpe-
randum, quia ex tali cauſa habet contingere. Vide-
mus quandoq; multos ſyncopizantes, in quibus nec
flatũ nec pulſum perpendimus, qui tamen per aſſum
ptionem aquæ frigidæ & confortationẽ ex aroma-
ticis ad priorem ſtatũ regrediuntur. De pulſu ergo
ex tali cauſa mutato nõ debet deſperare medicus,
nec morti patientẽ adiudicare. Galenus nãq; exem

plum

p̄l ponit de quadā muliere habēte suffocationē matris, in qua nullus sentiebatur pulsus cuius lane flosciū apposuit subtiliter carpinate uel carminate, et lana aliquantulū commota & calefacta ex anhelitu e[illegible] cognouit causa adhuc uiuere, & post operam sua[illegible] [illegible]hibendo eam ad sanitatem cōuertit. Quod si pulsu[illegible] formicans & uermiculosus fiat, in corporibus defectis & desiccatis ex febribus acutis, non propter immutationem naturæ subitam, tunc desperandum est, & per talem pulsum sententia mortis diffinienda est.

¶ Sequitur de pulsu serrino.

Occurrit digito species serrina priori.
Debilis reliquo fit languida nulla sequenti.
Hic trahit a serra conata uocabula pulsus.
Cuius cum primis incisio dentibus acta
Est grauis in reliquis grauior funesta supremis.
Corporis hoc pulsu fatalis serra uigorem
Amputat, & uitam nubes letalis obumbrat.

¶ Hic agit autor de pulsu serrino qui diuersis modis intelligi potest. Nam quādoq; sub uno digito mouetur, sub tribus est quietus aut sub duobus primis mouetur, sub alijs quiescit aut sub uno fortis, sub alio debilis, sub tertio uelox, sub quarto tardus.

Serrinus

Serrinus autem notatur à ferra, quia dentibus ferræ aßimilatur, quando inæqualem facit incisionem, & secundũ clauditur serrinus. Serrinus pulsus sub quibusdam speciebus prædictorum pulsuum potest contineri. Fit autem serrinus quandoque ut in primo digito sentiatur debilis, in secundo quasi deficiens. In tertio omnino nõ sentitur, secundum autem hãc æstimationẽ quædã cauda soricina finitiua erit pulsus serrinus.

¶ Hic autor musam suam alloquitur ut sigillet opus de pulsibus.

Fige tuo metas operi, sat prata biberunt.
Semina luxuriant, prius arida terra colono
Plenius arridet pingui letamine gaudens,
Et fructus nobis exponens diuite uena.
Iam sterilem cultũ philareti fomeris horret.

F I N I S.